~~3 B f 7~~
N: e. 127.
N. e. 127

·M·
PROBI
Sulmonenſis
Parthenias Liber
in Diuae Ma-
riae
Hiſtoriam.

VV. C 45

Liber est [illegible] Nicolai de [illegible]

NICOLAI SCÆVOLÆ Spoletani Epiſtola Vbi Car ptim Vita Probi Sul monenſis Poetæ prędtringitur.

NICOLAVS Scæuola Spol. Conſtantino Ferrantino ſuo . S . D .

Etieram (ut noſti) romam adcapeſcendi ingenii cultũ ratus piaculum / Si a noſtro probi multiſcia pædia ſeiun gerer/ qui Spoleti publici/ tus profeſſus noſtratem iu/ uentutem laetiſſimo muſa/ rum pabulo ſaginarat / Et precibus Io.Cardinalis Burgiæ Vix euulſus ma gnum noſtris municipibus ſui deſiderium reli/ querat . Vbi quam exitialis impotentis fortunæ impetu fuerimus obruti/uiſum eſt tibi ſignifica/ re utpote noſtri Probi obſeruantiſſimo / ſua/ rũq; rerum ſitientiſſimo. Iam romam ubi era/ mus/ille actutũ diuertit ad cardinalem Borgiã/

a quo gaudibundo plauſu eſt exceptus / quippe qui tãtum uirum ſuæ aulæ obnixe inſinuare ſtu/duerat/pollicitus intra annum ſe illum epiſcopũ creaturũ. Poſtridie illius diei romanã Acade/miam nobis & familiaribus Borgiæ compluſcu/lis deducentibus inuiſere uoluit. Ibi præſente corona litteratorum quanto feruore & quaſi flu/mine torrẽtis eloquii cũ Hyeronimo foroliuien/ſi diſſertarit/non inſiſto quando diffuſilis fama tibi indies uberius nuntiabit. Is omnibus bo/nis artibus & unicæ philoſophiæ ſtudiis eminẽ/tiſſimus cũ omnibus principibus academię Pro/bum exoſculatus reduxit/ & perinde ac muſarũ antiſtitem ſemper ſtudioſi omnes uenerabãtur. Iam cæperat cardinalem poſtmeridianis horis in ſecreto cubiculo erudire/iam omniũ ſibi beni/uolentiam conciliarat. Iam certatim obſerua/batur/amabatur/amplexabatur. Ecce ſubita ui morbi peſtilentis arreptus Anno ſalutis Milleſi/mo Quadringenteſimo Nonageſimo nono ſex/to idus Aguſti Alexandro ſexto Pontifice maxi/mo expirauit: qui uixit annos quadragintaqua/tuor/menſes tres dies quatuordecim. Effertur honorifice cadauer romæ & in æde diui Grego/rii ſepelitur. Hæc ſatis ſuperq; fuerant ut pollici/tis non deeſſem. Sed quãdo & mihi iucundiſſi/mum eſt in uiri memoria diutius immorari &

tibi diſpliciturum neutiquam arbitror quæ de uita Probi mihi comperta ſunt ſubtexere non pigebit. Naſcitur Sulmone urbe pelignorũ pa/tre Antonio de Marianis uiro patritio Iuriſcó/ſulto ſolertiſſimo Matre Chaterina nepte domi ni Nicolai ex ſorore qui liberalium artium & philoſophiæ fulgore ita refulſit ut Patauii per aliquot annos publico ſtipendio authoratus pro fiteretur. Et in regno Parthenopæo Archia/trus hoc eſt prothomedicus legeretur. Conſtans eſt opinio hunc ex Ouidii Naſonis proſapia ori undum quod & ipſe non uno loco confirmat cui uene camenalis accedit aſſertio. Aiunt in Anno Milleſimo Quadringẽteſimo Quinquageſimo quinto indictione tertia die ueneris mane circa horam decimam & undecimã in feſto diui Mar ci deo fauẽte in uitales auras prodiiſſe/quo qui/dem die de ritu chriſticolarum ſupplicationum ſeries procedere conſueuit. Euenit ꝙ ordo ſup plicantium diuertit in iter inſolidum ubi natus infans quo Epiſcopus haud leuiter excanduit in præuios duces pompæ. Verum poſt ubi reſciuit Antonio filium editum ibi quo præter ordinẽ populi cætus diuerterat/gemino gaudio exylara tus illum propriis manibus lauacro baptiſmatis muniit eiq; Marco ꝓbo nomẽ indidit/cõuerſuſq; ad aſtantes ſiue ſupplicationis prodigio/ſiue ꝓbi

ſiognomia monitus Probum uulgo præſtaturũ haud dubio euentu uaticinatus fertur. Cæperat iam ſcholas freqẽntare:in eo refulgebat mira do cilitas quodq; inuentu rarum eſt / ut facillime percipiebat ita tenaciſſime continebat/uix quin tũ Annum cõplerat/ cũ a primatibus Sulmonẽ ſibus axceptus artificũq; trapezis impoſitus mi/ ro quodam lepore plurima carmina recitabat. Ea tempeſtate Magiſterj Petrus de Monto / poli Sulmonem ſe contulit / cũq; de philoſo/ phicis diſputationibus ſermocinaretur cum pre dicto domino Nicolao forte noſter Probus cũ puerulo Syncronio aderat / coorto ſermone de indole puerorũ dominus Nicolaus rogauit ma/ giſtrum Petrum ut aſtantes pueros percontare tur/quo examine ingenium Probi fere diuinũ alterius nullo perſpicaci igniculo ꝯſpicuũ uiſum eſt. Quam naturæ uarietatem in ſubiectum di/ ſtichon ex tempore Magiſter Petrus contulit:

Aureus hic puer eſt/puer eſt ſed plumbeus ille:
Eſt tamen & patri charus uterq; ſuo.

Breui gymnaſio expeditus cœpit publice profi/ teri qua in re primarius artifex habebatur. Epi grammata/Elegias/Odas extemporaneo feruo/ re ingenii effundebat/Et tanquam anima ouí/ diana per pythagoricam metempſycoſin in pro bum reuolaſſet/ Quicquid tentabat dicere car/

men erat. Solebat dare aliis materiæ optionem & interpoſitó pignore luſitare prius uelociſſimū ſcriptorem defecturum quam carmen defuturū/ Et ipſe de ſe ipſo dicit. Vix potuit calamo quis prçcipitante notare Carmina noſtra breuem du dum dictata ſub horam/ Sæpe cum ſpoleti/ tum Romæ ipſe interfui dum huiuſmodi muſarum ludicris ſuos familiares oblectabat. Norunt hoc noſtrates plurimi & præcipue bonarum littera/rum antiſtites Hærmodorus Mineruius/ Clare/lius Lupus/ Sebaſtianus Maſcellarius qui Probi conſuetudine idemptidem utebantur ut nemi/ni mirum uideri debeat quod de Lucillo circun fertur. In hora ſæpe ducentos ut magnum uer ſus dictabat ſtans pede in uno. Floruit maxime a tempore Sixti Pont.Max. uſq; ad Alexandrū ſextum Max. Pon.quo tempore molitus eſt diui nam Partheniam in ſeptem uolumina ſectam heroicis characteris ab ipſo limatam magno ſtu/dio. Syluas uigintiquatuor in quinq; libros di/ſpoſitas. Odas circiter quatragintaduas Elegias uero & Epigrammata crediderim eſſe iuuentę luſus. Cudebat libros de arte amādi erodicis oui dianis penitus repugnantes iam librum cum dī midio abſuerat: Cum inuida mors intempeſti/uo uulnere confodit Probum carpſitq; immitis adunca ora uerenda manu. Propterea ſiquid

inhis minus runcinatum offenditur Probus neq̃ tiq̃ improbandus emendaturus ſi licuiſſet erat. Multos & alios uerſiculos edidit qui per incuriã amiſſi ſunt. Iſti tamen ut compertũ eſt mihi qui extant a pluribus doctiſſimis uiris reuiſi & emendati ſunt. Erat (ut noſti) memoriæ tenaciſſimæ ut uideretur theſaurus litterarũ. In uictu/cultuq; parciſſimus/ut imaginem quãdã priſcæ frugalitatis præſeferret Gloriæ undequaq; neglector/In docendo comis & blandus. Conſtans fama erat ipſum in omni æuo ueneris inſciuum extitiſſe. Statura fuit mediocri / colore ſubrufo corpore imbecilli/& plerũq; ualitudinario. In quæ non excurro ꝓlixius ratus tibi nondum excidiſſe tanti uiri imaginẽ. Libuit mi Ferrantine hæc de noſtro Probo cõſcribere / non ut eius iubari meis tenebris lucem immiterem. Satis enim (ut arbitror) eius poemata erunt ad parandam illi immortalitatem. Verum ut manes illius a quo fuerã eruditus/excultus/defecatus hoc tantillo beneficio demererer utererq;, Ciconiarum in referẽda erga parẽtes gratia talione.

Vale.

. F. Ludouicus Ciconiolanus ordinis minorũ ad Lectorem.

Quiſquis amas rectum: complecti corde teneris
Quod nobis dia tradidit arte probus.
Alter erat naſo celebris ſulmonis alumnus;
Sed probus eſt patriæ gloria prima ſuæ.
Ingenio certant: aſt hic probitate/fideq;
Eſt maior: ſuperis dignus adeſſe choris.
Nõ canit hic cyrrhã: aut gelidas p meſſidos undas
Non tibi parnaſum: non helicona ſimul.
Non hic theſpiades; fingit quæ græcia mendax;
Bellerophonteas non tibi monſtrat aquas.
Deſcribit quæ uera canunt lex/atq; prophetæ;
Non nobis cecinit paſcua/rura/duces.
Si te muſa iuuat: ne quęras uana canentum;
Dulcia cantabit carmina muſa probi.
Sedulus inuenies Chriſti pia geſta legendo;
Menti quæ puræ gaudia magna ferent.
Plurima pandentur geſtorum uirginis almæ;
Quæ paſſim eloquiis ſunt reſerata ſacris.
Deſpice quæ fundũt per inane uolumina uatũ;
Et pręſens ſanctum perlege lector opus.
Sedibus æthereis deſcendit nobile munus;
Pro quo debentur munera grata Deo.
Sit decus hinc ingens alto & laus ſumma tonãti;
Tales qui uaſto fundit in orbe uiros.

Hæc doceas pueros ludi uenerande magiſter:
Hæc tibi nocturna uolue diurna manu.
Hæc cole/diſce/doce:nec tecum ferre pudebit:
Diuo ſic animos nectare comple pios.
Dum polus aſſidue magno uoluetur in axe.
Felix hoc uiuet nomen in orbe probi.

Clarelius Lupus Spoletinus ad Probum.

Ceſare poſt domito rurſus demiſſus ab aſtris
Naſo uenis: gemini gloria prima iugi
Nō cythara inferior:peior non arte: nec ore:
Nec mirum:ingenio nulla procella nocet.

Marcelli pelingenii ſtellati
ad Probum diſtichon

Cum tua tā culto ac facili pede carmina currant:
Improbus eſt:qui te non putat eſſe Probum:
Eiuſdem ad Sulmonem
Felix o nimium Sulmo es Naſone poeta:
Cuius muſa tibi nomina tanta dedit.
Eſſe iterum felix alio diceris alumno.
Si fuerint docti carmina nota Probi.

Probi Carmen Ad Io.
Lopis Cardinalem.

Qualis Atlas duris humeris/&uertice cę
Fulcit:cõnexi cõdit & aſtra poli: (lũ
Talis Alexãdri lopis es:q pectore ſolus
Excelſo pondus pontificale ſubis:
Suſtinet is ſuperũq; domos/uoluentiaq; aſtra
Non patitur lapſu præcipitare graui:
Cardineo peragis tu cuncta negocia in oſtro:
Ne cymba horriſono fluctuet acta mari:
Atq; ille Alciden docuit tolerando Nouercam
Vrgentem/forti ſurgere ad aſtra gradu:
Sic tu me doceas ſummi implorare fauorem
Pontificis ne me ſors mala adima ruat:
Virgineam Chriſti dum certo extollere matrẽ:
Ipſius auſpicio quam mea muſa canit:
Sic tibi præſidio faueat regina potenti:
Quam colis:& ſuperis te beat alma choris.

Epitaphium

Probo Mariano Anto. Marian. Iur. Conſ. F. Patritio Ac Canonico Sulm. Diui Alex. VI. Pōt. Max. Familiari. Diuinarū Humanar. Que Litterar. Peritiſſ. Vita Ac Nomine Probo.

Simon & Iuſtinus Marian. Mœren.
Germano Opt. M. P.

Vixit Ann. XXXXIIII. Men. III. Dies XIIII. Fortuna Laborioſa. Obiit Romæ Primo Felicitatis Gradu Vix Attentato Quippe Cui Virtus Summos Honores Polliceri Videbatur. A. S. M. CCCC. LXXXX VIII. VI. Idus Auguſti.

Solima hieroſolima dicta eſt
corrupte propter ſolima unde
ſolimus ſolima ſolimū · Iuue
iuuenalis interpres legit ſoli

•M• Probi Mariani Sulmonenſis
Parthenias Liber Primus Incipit
In Diuæ Mariæ Hiſtoriam•

Etherei matrem uerbi uaſtūq; per orbem
Numine regna ſuo qui temperat omnia regis:
Vt formoſa deum uirgo / qui fulmina torquet:
Clauſerit in latebris uteri/ſine ſeminis hauſtu:
Et diam obſcuro lucem ſuffuderit orbi:
Muſa cane:ah nimiū pudet impia & atra deorū
Numina/te ſtygiis quondā celebraſſe ſub antris:
Surge age:ſol cælo tenebras/ & iniqua remouit
Nubila:tange chelin matri:quæ luminis orbam
Nunc oculis donat Iouis alitis:aſpice quanto
Nectare complerit terras: ſuper æthera calle
Quas humili ad dextrā ſummi oīpotētis honore
Subſtulit immenſo:tibi enim quę uiribus impar
Carminis ad tantum decus es / regina fauebit.
Tu quoq; cardinei moderator ſancte ſenatus/
Aetherei cuſtos pecoris/cymbæq; magiſter/
Que ſolimas curſu nos aduehit una ſecundo:
Alme pater/noſtris indulge atq; annue cæptis:
Quæ tibi ne fidei lateat temerarius error:

Si ſine labe parens cordi eſt luſtranda relinquo.
Præcipue ſi perpetua tua gratia in omnis
Vbertate fluit ſuperum regina/hominumq;
Indefeſſa ſalus: mihi nunc ſuccurre: piumq;
Ambroſiæ carmen ſacro ſuffunde liquore:
Pande mihi cauſas triſtes tot diua laborum/
Quot terris dura ſub paupertate tuliſti/
Regia ſtirps ſummiq; parens ſine labe tonãtis.
Hæc ne tibi tanto pro munere debita merces?
Principio Auguſtam cęlo cum cõderet urbem
Omnipotens/bonitatis opus: nanq; ipſe creati
Non eget: & ſolus ſibi ſufficit: omnibus unum
Prępoſuit ſuperis cum formoſiſſimus eſſet/
Luciferum: quem mox ſua ſæua ſuperbia cælo
Depulit/immenſi male ſana atq; ęmula Solis:
Inuidia ingenti cum torqueretur: ab ima
Stirpe hominis fore iam regem: qui ſidera cęli/
Et terras/pontumq; ſua ditione teneret:
A quo tartareis foret aſtringendus in antris:
Vnde furens/nymphã imbellẽ: incautũq; ueneno
Infecit uiridante uirum: quo libera captans
Arbitria: ingratam coleret ceu numina terram:
Illecebriſq; animus carnis traheretur ab altis
Sedibus: ut ſobolẽ genitã ad pia lumina Solis/
Corpus ab infecta impurum radice/repugnans
Imperio mentis/uicta ratione trahentem
Vrgeret procul heu manes deſcendere ad imos.

Hinc bellum exortum eſt homini/terraq; mariq;
Et diro emerſis multa ui aquilonibus antro.
Vepribus hinc uirtus urgetur / Iaſpide fulua
Sardonice & ſarda clypeata: reſiſtere certans:
Spiritus hinc urget fragilis caua uela carinæ
Inbreuia & ſyrtes: ſcopulis ue illidit acutis.
At contra/ſummũ arripiens Sapientia clauum/
Saphiro complexa comas: ſolidaq; Amethiſto:
Diſcutiens fluctus remo/& ſua lintea flectens
Exurenſq; pio boreales igne procellas:
Dirigit: ut portum poſt multa pericula tangat.
Tum uero ingentis rabie ferus ille cruenta
Euomit ęrumnas: diris premit undiq; fortes
Inſidiis animos: multoq; furore laceſſit:
Præcipiti infrendens pulſum ſeſe inde ruina:
Quo ſurgat iam uile genus: ſeq; exule/ſedes:
Deberi patrias humili de ſtirpe colonis!
Hos fore qui ſummo imperio cũ pace fruãtur:
A tſe torquendum diris in ſæcula flammis.
His dum ſe carpit curis: uidet eminus orbe
In medio ſancti regis de ſemine nympham
Candida ſuccinctam uelamina more deorum:
Cuius erat facies ut lilia candida odoris
Cincta roſis: uioliſq; ſuper redolentia amœnis
Gratia pulchra oculis ſole irradiante decorem:
Fundebat caſtum: atq; animam uirtutibus altis
Illuſtrem/immenſi complebat amore tonantis

Quem complexa utero fœtu coniunxerat intus
Virgineo:atq; humili turgentem nectare alebat.
Protinus expauit decus hoc ferus: inde puellam
Incæſtam ancipiti credens a pectore uecors:
Erupit:tenebris tādem præda inclyta parta eſt:
Quam nunq̄ ingenti potui calcare procella:
Scilicet intactā hāc proprio liquet eſſe marito:
Qui ſe perpetua ſub uirginitate tuetur.
Proh dolor/inſurgunt tantis diſcrima rebus:
Hanc memini me pręcipiti oppugnaſſe duello:
Vnde tremēs fugi ac uictus procul uſq;:nec unq̄
Fortior inuēda eſt q̄ nunc mihi.quis fuit auctor?
Quis ſceleris tanti ſine me? fert crimina pleno
Certe utero:ſed cauſa latet: quem nulla latere
Crimine ī orbe ſolēt.proh tartara/ forte tonātis
Hoc opus eſt:quippe agnoſco ſine labe puellam
Illuſtrem:qualem nulla unq̄ exceperit ætas.
Heu uereor ne ſupræmum concæperit hoſtem/
Bello inuaſurum tenebras/nobiſq; futurum
Exitio.teſtor Cocytum/Acheronta/Chaoſq;/
Eumenides toruas/Stigiiq; infeſta Barathri
Agmina:concutiam dira feritate maritum:
Vt meritas ſumat pœnas:ſaxiſq; trucidet
Cum fœtu matrē:Stygiaſq; impellat ad umbras.
Dixit:peſtiferoq; celer ſe turbine ab atris
Corripiens flammis diri Phlegetontis/ab acta
Solis luce/quatit tenebris mortalia circum

Pectora/funerea aſperges genus omne cupreſſo:
Ioſippumq; petit claro qui a ſanguine cretus
Euicti puondam egregibus ſuper inclyta regum
Nomina paſtoris/fabrilem paupere cenſu
Vitam degebat:Nympham cui iunxerat almam
Cōnubio omnipotēs caſto:propriamq; dicarat:
Hunc ſimul aſperſit letheis callidus undis/
Triſtia zelotypo præbens alimenta furori:
Nigra uenenifero cæpit ructare palato
Agmina ſerpentum:cæciſqui morſibus omnes
Inficerent fibras:inuictaq; corda domarent.
Tum uero ingenti concuſſus turbine mentem/
Turgenteq; uterum intactæ ſibi cōiugis hæros
Agnoſcens caſtus/multis ſua pectora curis
Angitur:atq; humilis ſubit hinc ſine labe puellæ
Integritas:ſubit ingenium cæleſtibus auctum
Dotibus/& caſtæ ſancta illa modeſtia formæ:
At contra/manifeſta uteri ſententia pugnat/
Omnia confundens inuicti ſigna pudoris:
Quippe ſolent dubiis mortalia pectora rebus
In peius ruere/& uiciorum aſſumere partes.
Quid faciat?miſeram ne accuſet? & ardua legis
Supplicia exquirens/ſaxis ruat?at dare mauult
Omnipotens miſeris ueniam/q̄ perdere ſontes:
Atq; Eleos ſacris magis approbat omnibus:ultro
Linqnere prægnantem iuſtus parat/atq; furori
Cedere:& ambiguæ placet hæc ſententia mēti.

Aſpicit hanc toruis oculis iratus: & excors
Interdum auertit uultum: mœroris & iræ
Oſtendens plenas animi per ſigna latebras:
Nec capit ore cibos triſtis: nec lumine ſomnos.
At regina humili ſeruans ſub pectore merces
Aduectas cælo: quarum cuſtodia chara eſt
Indignas mauult pœnas dare ſanguine: & illi
Infamis populoq; omni uiliſq; uideri:
Dicere q̃ tali dignam ſe munere: & atris
Carpitur ęrumnis: demiſſaq; lumina fletu
Inficiens tales effundit ad æthera uoces.
Indignam fateor pater optime munere tanto
Me tibi ſeruitii non poſſe rependere gratas
Mente uices: miſeris quæ clauditur ecce latebris:
Et te ſuſpicies cadit undiq;: quem chorus omnis
Vſq; tremit ſuperum: prono quē uertice adorant
Aurea pectoribus ſeraphin: quē non capit orbis:
Quantus in acceſſam gelida conſurgit ab arcto
Vſq; Abaton: quantus biſſenis uoluitur aſtris:
Quantus & ignifero circumtegit omnia cælo.
Ancillæ quę nam poterit ſuperaſſe facultas?
Que uirtus? tantũ decus ut ſine crimine ſeruem?
Parce precor miſeræ: & ſoli tibi cũcta memẽto
In perfecta nihil ſanctum & ſine labe referre.
Te bonitas qua q̃cquid id eſt quod cernimus uſq;
Humano ſubdis generi: quaq; æthere ab alto
Lumen adeſt tenebris ægroq; ſalutifer orbi

Ancillæ ingremium quem mittis filius: & qua
Spiritus æthereum mortalibus affore regnum
Promittit iuſtis/populoq; in ſecula noſtro:
Alliciat/noſtræ(ſi qua eſt) ignoſcere culpæ.
In te uera ſalus/in te mihi ſumme quietis:
Tu noſtri miſerere: potes nãq; omnia: & atras
Pelle ab Ioſippo nebulas: tantiſq; periclis
Eripe fœcunda quam uirginitate beaſti:
At rata ſit tandem tua ſancta & certa uoluntas.
Talia cũ lachrymis noctu in penetralibus
Fundebat: ſemperq; animo taciturna rogabat
Inde patrocinium: conceperat unde tonantem.
At pater omnipotens humilis cui gratia cordis:
Qui precibus flexit ſemper ſua numina iuſtis:
Hoc magis auxilium natæ parat: & uocat unum
Cœlicolum: qui Ioſippo hæc ſecreta reuelet.
Cœleſti plenam fœtu/natoq; tonantis/
Ne dubitet ſibi coniugio ſeruare pudico:
Cum ſit uirgo utero ſummũ cõplexa tonantem.
Iam ſol Heſperiis præceps deſcenderat undis:
Vmbrarumq; uices nocti conceſſerat atræ:
Quæ ſe complexu rapiens Acherontis ab imo
Sidereos iubet ire choros mortalia Lethes
Imbre/ſoporifera ſuffundens lumina dextra.
Iam miles uallo in medio/iam turribus altis
Decipitur ſomno cuſtos: iam regia curas
Pectora deponunt: auroq; euectus ab Indis

Et ſibi mercator metuens dormitat: & omnes
Agricolas premit alta quies: quos extulit olim
Deucalion ſaxis: iam uix incudibus ictus
Bracchia cyclopum ingeminant euicta ſopore.
Ioſippus grandes uerſans ſed pectore curas
Angitur: & ſtratis mœrens ſua mēbra uolutat
Vilibus: & tales trahit alto a pectore queſtus.
O/utinam duram qui uirginitate iuuentam
Exegi: & uita contentus cælibe ſoli
Optaui ſeruire deo: mea uota ſenili
Pectore ſeruaſſem: & canis ſua iura dediſſem:
Nam quāq̄ hæc animo cōſtat ſententia/ ſemper
Virgineum ſeruare totum: tamen iſta tonanti
Diſplicuiſſe reor connubia. quid loquor? an non
Coniungio iūgens homines deus/edere prolem
Iuſſit/ & immenſos terrarū implere receſſus?
Nonne etiam æthereo nutu mihi contingit uni
Coniungiū tantæ modo uirginis? eſt ne puellam
Credibile hāc peccaſſe deo? ſtupor occupat arctus
Dum mores/ dū uerba animo/ dū ſancta reuoluo
Signa pudicitie: quibus hactenus undiq; fulget.
Aſpice uirgineæ fulgentia lumina frontis:
Angelicos uidiſſe oculos iurabis: & inde
Neſcio quid fluit æthereū: quod ſupprimit oēs
Incæſti ſtimulos animi: ſenſuſq; refrenat
Aethereoq; ferunt hanc progenuiſſe patentes
Reſponſo: & templi penetralibus ipſa ſolebat

Exemplum

Exemplnm/& miræ ſpeculum præbere puellæ:
Vnde habitus felix tanta ſum coniuge:flores
Cum mea uirga tulit miros/atq; arida uixit.
Me miſerũ:nã ſigna uteri manifeſta uidentur:
Cumq; ad cognatã ſe contulit:heu timeo ne
Perdiderit dotes ꝓprias: qppe omnibus horis
Theſaurum fragili ~~[illegible]~~ rapere hoſtis ab olla.
Nam quanta fuerint generis uirtnte parentes
Humane:qs noſſe queat? nemus omne tenebant
Felices:tamen in uetitum rabida ora ferentes:
Heu genus hoc in præcipitem traxere ruinam.
Quantus erat Moſes? tamẽ is cum flumina ſaxo
Eliceret:cæpit ſummum irritare tonantem:
Nec meruit populum mellite inducere terræ
Quid referam Saulũ? non ne eſt electus ab alto
Vt regeret populũ? tamen excedit: atq; tonantis
Imperio aſſumptum puer eſt:qui uerbere fundę
Fudit humi Encelado ſimilem/Cæoq; gigãtem.
Quo magis a fragili nunc dicidit ecce puella
Omnis honos? decus oẽ ruit? pudor uſq; receſſit?
Mentior:at contra nunꝗ mihi talia fudit
Signa pudicitiæ:nunꝗ mihi uiſa decorem
Tam caſtum præbere oculis.poſſet ne puellæ
Huius ab aſpectu quiſꝗ non caſtus baberi?
Quam ſæpe æthereo pauerunt nectare ſanctam
Cælicolæ. at ſalua quis uirginitate puellam
Concæpiſſe utero credat? natura repugnat

Moribus.ah magnus noſtrã mẽtẽ occupat error :
Nanq; ferũt fuluis qua dis tagus errat harenis
Impleri Zephyris ſine ſemine plurima equarũ
Agmina/perfectos pariant quæ tempore fœtus:
Pabula uana quidem mihi fit.quid plura? relinq̃
Qualicunq; uterum complerit germine. reſtat
Me miſerũ(nã crimẽ abeſt)ſic credere dignũ eſt :
Vt q primũ hominẽ deus abſq; parẽtibus olim/
Et potuit ſine matre uiro præſtare puellam :
Nunc ſine patre queat de ꝟgine ſumere prolẽ :
Nã ſolũ genus hoc hominũ eſt/qđ deniq; reſtat:
Quãdoquidem angelica noui pietate puellam .
Nonne etiam angelicam noſti ueſane ruinam?
Nã qđ perfectũ mũdo eſt? quid deniq; ſanctũ ?
Nil præter mundi dominũ.miſer ibo per orbẽ
Sedibus a patriis profugus : deus ęthere ab alto
Vindicet occultum mihi dedecus:ipſe ego cedã:
Craſtina cum noctis tenebras aurora fugarit.
His dum ſe carpit curis : uix pectore ſomnos
Admittit feſſo placidos : qui mitia ſæpe
Dant animo inuito diſcuſſis ocia curis
Nuntius in ſomnis ſummo delapſus olympo
Affuit/his mulcens trepidantia pectora dictis.
Regis nate pii populo quem prætulit olim
Omnipotens ſancto:de pectore curas
Excute : neu credas incæſtam coniugis aluum :
Quę grauida eſt:caſto cum non cõceperit ex te:

Nam quem cōcepit fœtum ſine ſemine uirgo:
Numine diuino pariet: qui maximus olim
Hunc populum redimet: Ieſuſq; uocabitur: orbis
Conditor: & pulchræ ſapiens ſine labe parentis.
Tum ſenior tantis diuina oracula miris
Excipiens/ſtupet ætherei fulgentia uultus
Lumina: & inſolida uerbi nouitate uidetur
Hærere: & tali iuuenem ſermone rogare.
Dic precor a ſuperis ad nos delapſe theatris:
Quandoquidē noſtras ueniſti abolere querelas:
Quis tu? quod narras dic qua ratione loquaris?
Vt pariat uirgo tantum decus? ipſaq; claudat
Viſceribus: totum pugno qui continet orbem.
Dixerat: & gelido concuſſerat oſſa tremore:
Angelus arridens uerbis ſolatur amicis
Semianimem: ꝓpelle omnes a pectore curas:
Nuntius ætherei ſum principis ipſe: tibiq;
Virginei partus myſteria clauſa reuelo
A mundo/& diro nunq̄ intellecta tyranno:
Quę tibi noſſe datū eſt. cauſas immenſaq; pandā
Numina/mortales nondū admittentia mentes.
Virgineos noſti mores: tamen abdita quædam
Accipe: ut immenſo credas hanc munere dignā:
Quam deus a carie ſeruauit originis olim:
Gratiaq; orſa ſibi eſt cum conciperetur in aluo:
Vt genita eſt: tēplo uix trimula uirgo dicata eſt:
Traditaq; æthereo regi: cui reddere iuſtum eſt

Quod ſolium ſibi ſidereo formarat olympo
Debendum:ſicti graditur per limina templi
Sancta domus/diui manibus fundatá magiſtri/
Virgineo immenſum thalamo clauſura tonanté:
Quam gremio excepit diuũ prˀatq; hominũ rex
Inſobolem propriá:nulla eſt ſibi gratior omni
Forma polo:nihil ingenti fulgentius orbe
Inſtituit natura parens:unde indice tanto
Se probat:& pulchra laudé pro uirgine ſumit.
Ancillam quæ ſe præbens ſuperiſq;/uiriſq;/
Exempliſq; fouens ſocias/calcauit honores
Peſtiferos.quiſquis cupiet côſcendere olympũ:
Dirigat ille humili greſſum pede: Pelio Oſſan
Nec ſuper inuoluat:nam dira ſuperbia cælo
Pulſa fuit quōdã/& ſtygias demerſa ſub undas:
Oderat hãc:monſtranſq; humiles ſeruire tonãti:
Inquibus eſt ſolis Sapientia:ſæpe docebat.
Affectare polum:reuocans pietate puellas
A laqueis mundi:quibus irretitur ab hoſte
Humanum genus:& diro datur æſca draconi.
Quin etiam ætherea pectus transfixa ſagitta/
Orabat populo cultum ſine labe/ſibiq;
Traderet omnipotens:quem maieſtate uerendũ
Immenſa/& claro radiorum lumine cinctum/
Flammarũq; calore pio bona cuncta ferentem/
Contẽplata/proculq; humili ſe corpore/ & atris
Sedibus/algentiſq; ſitam ſub carcere terrę/

Indignam ſummi credebat amore tonantis:
Flamine quē minimo ne lederet uſq; timebat.
Vt timet aſpiciens præceps inſtare uiator
Ante pedes ſaxum:quo ſi ueſtigia demens
Vertat:in horrendū cadat/intereatq; barathrum.
Hac ſi cæcutiens pertranſeat:aſpera caſus
Fata ſui tunc non conſiderat: at ſibi poſtquam
Decidit impræceps:poterit ſuccurrere nemo.
Sub gallicantum ſurgens orabat ad ipſum
Mane:ſuos poſt q̄ radios ſol altus agebat:
Seruitiis templi uariis regina uacabat:
At cum fulgentes crines uertiſſet in auſtrum
Phębus/iter mediū peragēs:uirgo alma redibat
Ad dominū ſupplex:donec demiſſus olympo
Virgineum dulci releuaret nectare corpus
Angelus:& ſatiata ſui dulcedine amantis/
Ipſa ſuis epulis miſeros ſaturabat egentes.
Dotibus his contenta/piam ſuper æthera mentē
Dirigit:& cælo quærit formoſā maritum
Quē ſimul/& patrē inueniens/ natūq; potētem
Aſtrorum cæliq; ducem quem non capit orbis:
Hunc amat:hūc animo dum ꝯtēplatur/adipſum
Mox rapitur.ne ſola tamen ſine coniunge terris
Viueret:ut dyro myſteria clauderet hoſti
Tanta deus/clauſum de uirginitate dicata
Suſcipiens uotum quem ſolum nil latere uſq̄
Omnipotēs:uoluit caſto hanc tibi nubere: neq;

Diceret incæſto tumidam de ſemine/ſumens
Virgineo immeritas olim de ſanguine pœnas.
Sic ergo aſſiduis precibus:multoq; labore:
Et lachrymis:quas alma ſuo fundebat amanti:
Virtutes omnes diuino munere adepta eſt:
Et formoſa deum traxit de culmine olympi
Inuentrem propriū uirgo: parietq; tonātem.
Tum ſenior ſumma illuſtrē ꝓbitate puellā (tis?
Quis neget hāc magnū hoc mūus meruiſſe tonā
Cum tamen ętherea regnet deus unus in aula:
Qui Chriſtum miſſurus erat:cur aduenit ipſe?
Quid ſibi uult?cur iſta animo ſententia ſurgit?
Dic ꝑcor:hoc unū eſt qđ nūc mea corda laceſſit.
Dixerat: ut placido reſpondens angelus ore/
Hæc ait.omne tibi pandā decus ętheris: ut ſum
Pollicitus:miris tu tantum uocibus aurem
Da facilem:quoniā totus quem nō capit orbis:
Haud mirum eſt ſi tu nequeas cōprendere ſenſu.
Principiū mūdi deus eſt pater omnipotens:qui
Et cœlo/& terris/pelagoq;:in ſecula præſens
Imperat:ęternuſq; ſuo regit omnia nutu:
Is uerbum æternum genuit:qui filius eius
Dicitur:& domini ſapientia cuncta creantis:
Mutuus hinc amor eſt:qui ſpiritus unit utrunq;.
Quo fruimur:totum pugno qui cōtinet orbem:
Perſonis qui ſit quāuis tribus:is tamen unus/
Et ſimplex deus eſt: & eodem numine ſolus.

Hunc regnare polo certum eſt:quē dulce canēdo
Ter cęlo ingeminãt ſanctũ ſupera agmina regē:
Iſq; hominē fecit ſimilem ſibi:nam tria uitam
Perficiunt:mens/& ratio affectuſq; uolendi:
Corporeoſq; artus iecur/ & cum corde cerebrũ/
Quodq; ſuo officio uitali munere donant:
Quodq; magis mirere: nihil toto orbe uidetur:
Aut ſcitur:capitur ue animo:ueſtigia quod non
Oſtendat quocunq; modo cum ſimplice trini.
Hoc latet in nigro ſacræ uelamine legis/
Atq; prophetarum : reteget quod filius huius
Virginis:& cæcas diſſoluet luce tenebras:
Exilioq; homines reuocans:ſuper æthera ciues
Reſtituet/pro luciferi ſuperumq; ruina
Quam contemplati uaſtam nos æthere toto
Proſtrati ad regē/pro uobis uota preceſq; (pi:
Fudimus.o ſuperũ pater/& rex maxime olym/
Aſpice peſtifero diri ſerpentis hiatu
Abſumi:quos ut uita fruerentur in aſtris:
Feciſti ſimiles tibi/nec ratione carentes :
Ah propter miſeram prolem miſerere parētis :
Et caſtigatum uultu quo cuncta ſerenas
Suſcipe/neue uelis æternis urere flammis :
Quem cæli uacuos uoluiſti implere receſſus.
Peccauit:blando ſemel a ſerpente ueneno
Infectus:cauſamq; mali mox blanda parauit
Fœmina:pœnituit miſerum peccaſſe tonanti :

Et lachrymis madefecit humū ꝑ ſęcula mœrēs.
Parce operi pater alme tuo;ſobolēq; parentis
Crimine deiectam/clemens probitate benigna
Excipe; ut æthereo ualeant ſuccedere regno/
Et calcare tuos ſupræma ex arce rebelles.
Annuit omnipotens;ſed quas habet ætheris alti
Delitias/charites q̄bus omnia maximus explet;
Quas ſuper intuleris lites;recto ordine pādam;
Ante patris ſolium Ictirme mitiſſima ſancto
Pectore peſtiferos hominū miſerata labores/
Subdidit hæc precibus noſtris.pater optime finē
Imponas iræ; iuſto quam pectore fundis
In genus humanum/ſæuo pro crimine; nec ſit
Immortale malum;aut dediſcas parcere uictis;
Peccarunt;tamen o noſtri memor eſto;nec alto
Depellas ſolio/tibi quam ſine fine paraſti.
Vix ea ſuſpirans effuderat; ut ſoror illi
Vera/hominū ſimplex fugiēs fraudeſq; doloſq;/
Inſurgens ſeſe oppoſuit. ne falſa loquaris;
Veridicoq; ſemel rata ſint quæ pectore dixti
Verba pater;genus humanū ut moreret̃;& eēt;
Intercluſa illi uitæ uia; cuius abuſus
Munere mendaci uoluit te fallere lingua.
Pulſa fui terris quondam; comitata ſororem
Aſtræam ad cælum redii; ſententia ſi ſit
Irrita quam profers; quo nam ueſtigia uertam?
Quo fugiā?quem pulſa petam?ne deſere quā tu
Solus amas

Solus amas: ſine te q̃a noſtra potẽtia nulla eſt.
Tum cõtra Iuſtitia: precor ah ne talia fundas
Eloquia in noſtrũ nunc dedecus: ergo ſeuerus/
Oblituſq; mei genitor depellet olympo
Me miſerã? tibi quæ ſemper pater alme decori
Delitiiſq; fui: pellar? me deniq; pulſa:
Corruet & cælum: quod me inſpirante creaſti:
Vt frueretur homo ſuperis ſine fine theatris.
Ne precor in nihilũ redigar pater: ecce colẽtes
Te pleriq; uiri/ recto & qui tramite uiuunt:
Heu facinus/ ſtygias deſcendũt undiq; ad undas:
Iã miſerere: potes nãq; omnia: nec tua Alethes
Pectora dimoueat: q̃ meq;/ homineſq; relinq̃t.
Inde ipſum alloquitur ſurgens Aſtręa tonantẽ/
Recta/ ſeuera/ potẽs/ æquo & ſe pondere geſtãs:
Immenſum peccans immenſas pendere pœnas
Debet: & æquali torqueri membra flagello
Iuſte pater: pomũ uetitũ guſtaſſe quid ultra eſt:
Quã temeraſſe tuũ imperiũ: qui cũcta creaſti?
Debetur morti tibi qui parere recuſat.
Impius offendit peccans æterna tonantis
Numina: & æterno exitio damnetur: ut olim
Conſtet iuſta tui ſententia pectoris: & ſit
In genus ingratum tibi gratia nulla: ſorores
Nam geminas pelles: iuſtum ſi ſoluere cures.
Tum uero Irene aſſurgens/ pręſentia cuius
Omnia uiuificat: liteſq; auertere certans

Lethiferas/dixit. quid nunc ante ora tonantis
Diſſentire iuuat? liceat precor eſſe benigno
Concordes uultu: quibus eſt honor unus & idẽ.
Poſt longos ſaltem luctus pater alme ſerenam
Oſtendens frontem/miſeris tua ſemina pacis
Qui potes effundas larga bonitate per orbem:
Dũ tamẽ hinc omnis fugiat diſcordia: quæ nũc
Occupat æthereas in ſeditione ſorores.
His pater auditis/cum ſe nimis eſſe ſeuerum
Noſſet/& aſtrææ propria grauitate fauentem:
At cõtra Irenen placidam cũ ſanctus amaret
Spiritus: ad natum medio qui pectore iudex
Inter utrumq; latus diſtingueret: omnia miſit
Iura: ut diſcordes ſapiens pacaret alumnas.
Qui patriũ aſcendens uultu fulgente tribunal:
Excepit cœptas hominis pro crimine lites:
Quod tãto in preceps tendebat põdere: ut ipſas
In diuerſa trahens charites turbaret olympi.
Vt ſiquis læſa pro maieſtate perẽni
Exilio damnatus abit: cui ſubdiderat rex
Omnia: & immẽſum dilexerat: hunc bonus ipſe
Iã cupiẽs reuocare/memor mox criminis odit:
Et deſiderio/atq; odiis ſua corda laceſſit.
Ergo hæc effatus ſolio rex magnus ab alto eſt.
O charites quarum nobis concordia honori eſt:
Et poterit miſeris mortalibus eſſe ſaluti:
Ad manes triſtis procul hinc diſcordia cedat.

Ictme ueniam miſeris petit : & pia pacem
Poſtulat Irene :contra procedit alethes
Aſtręam comitata ſuam : ſententia mortis
Vt rata ſit:meruere homines quã numine læſo.
Quæ ſemper miſeris fuit horrida:iã bona fiat/
Atq; ſalutiferum monſtrans iter : & morientur
Sic homines : deinde illorũ miſerebimur ultro.
Talibus auditis : quærebant horrida mortis
Nomina/quo poſſent olim manſueſcere cultu :
Cum ſit cruda uiris/inamœnaq;: ſubdidit illis
Talia tum iudex ſapiens.mors peſſima iniquis:
Qualem irritantes ſummũ meruere tonantem:
Sanctorũ pretioſa tamẽ mors ſemper apud me/
Ianuaq; ad uitam meliorem mors bona fiet/
A laqueis mundi uariis : iam portus ad urbem
Cælicolum a pelago/ſemperq; furẽtibus undis.
Hoc opus eſt:iuſtũ iã quęrere:ſiquis in orbe eſt:
Qui uelit immeritas mortis ſibi ſumere pœnas:
Deleat ut tanti ueſtigia criminis : & ſit
Humani generis uictus pietate redemptor.
Omnibus hæc placuit magni ſententia regis :
Mutuaq; inter ſe iunxerunt oſcula:& orbe
Luſtrato ſiquem iuſtũ/& ſine crimine pulchrũ/
Aſpicerent:genus humanum qui morte piaret :
Profecere nihil:tandemq; Aſtręa locuta eſt.
Quærimus incaſſum: nuſq̃ eſt q morte repẽdat
Torquendũ ſine fine malũ/ niſi maximus orbis

Cōditor: ergo iterum uenere ad limina regis:
Vt daret auxilium: qui cōſuluiſſet Olympo.
Protinus ĩgeminãs gemitus hęc pectoꝛ ab imo
Omnipotēs dixit iudex: me pœnitet olim
Heu ſimilem nobis hominē feciſſe: nec ultra:
Quippe dolor ualido præcordia fixerat ictu:
Cōticuit: tandemq; uidēs ſine labe puellam/
Hæc ait. accipiens caſta de uirgine corpus
Ipſe ego(ne trepidate)omneis reparabo ruinas:
Nã redimã moriens hominē: ſic uita per orbē
Incedet recto iam tramite: & æthera pãdam
Exulibus: qui reſtituant quod corruit aſtris.
Participem bonus ipſe mei lõgo ordine mũdũ
Cũ dederim:cupio eſſe bonũ:cupio eſſe beatũ:
In paruo aſſumens ad me ſimul omnia mũdo.
Vix ea fatus erat: ſenſit cum pectus amoris
Transfixũ telo:quod Spiritus omnia uincens
Spicula ſeruarat/media bonus uſq; pharetra.
Aurea cuſpis erat: quã dura incude triſulco
Complerat morſu Steropes: argentea arundo
Mirificis fulgens ſignis/ac luce ſerena:
Cui pēnas dederat uolucres:quo fulminis inſtar
Solis ad occaſum fieret tendentis ab ortu.
Protinus in ſola defixus uirgine mentem/
Ardet amãs: cupit in gremiũ deſcēdere amãtis:
Nec patitur proferre moras. o quanta puellæ
Gratia? quos mũdo radios? quot fundit odores/

Cinnamaq;/& caſias redolens? quã grata labellis:
Mella fluũt roſeis? iuuat inter utranq; papillam
Virginis almę pater requieſcere / mẽbraq; caſto
Sumere ſctã utero/te nũc duce/ & auſpice amo
Tum deſiderio nati pater addidit alas/ (re.
Talibus accendens dictis/ſtimuliſq; uolentem.
Nate meę uires/mea magna potentia ſolus/
Vade age:& ipſe tuo redimẽs mihi ſanguine plẽ
Humanam/refer extincta de morte triumphos:
Iuro per immẽſum caput hoc:tu nate ſedebis
Sublimi ſolio : & dextrum latus uſq; tenebis
Victor/& humana regnans in ueſte ſacerdos :
Quem genui ęternũ:per quẽ cęlũ omne creaui/
Quicquid & interris uiuit / pelago ue ſonanti :
Iudiciũ mũdi atq; hominũ tibi nate relinquã :
Tramite quos recto doceas ſuper æthera ferri.
Nũtius his dictis Gabriel mandata tonantis
Excipit : & celſo a ſolio proſtratus/adorat
Ante pedes regis : nutu qui cuncta gubernat :
Edocet hunc ſolio ſic rex uenerandus ab alto.
Sedibus a ſuperis cogor deſcendere amoris
Imperio:ut miſeris hominẽ q clauditur antris:
Quem uitæ/& ſolis radiis/noſtroq; crearam
Seruitio : redimã . lachrymæ ualuere/preceſq;:
Vt tandem ſerpens tenues depaſtus auenas
Exulis agricolæ/ſtrictis terat ora lupatis. (tos
Ergo age rũpe moras:cultos pete uirginis hor/

Nazareæ irriguos:mediis quos cernis harenis/
Aethereamq; arcem/clauſamq; in ſęcula portã:
Qua templo deus egreſſum parat/ atq; ſalutẽ:
Hanc mihi reginam ſtatui,: penetralia uerbo
Dic paret æthereo: quod fotũ pectore claudet
Sãcta utero: immẽſumq; feret. tu blãdus adillã
Ingredere: & læta ſolam dum uoce Salutas:
Vſq; caue teneræ turbes moderamina mentis.
Protinus hæc animo Gabriel mãdata reuoluẽs/
Obſtupuit: neq; enim tãtis mens anxia miris
Cedit. ut horrẽduſq; thronis/ clariſq; Cherubin
Terribilis: qui Seraphicos coquit igneus ęſtus/
Rex ſuperũ/immẽſum totus quẽ nõ capit orbis:
Virgineo paret ecce utero ſe cõdere:ut ingens
Gloria ſit generi per ſæcula multa prophano.
Ad quem tum pater oĩpotẽs:quæ pectore ſurgit
Anxietas?quid noſtra animũ miracula turbãt?
Nonne ſacerdoti lingua eſt facta arida: uerbis
Credere cum nollet?teq; indignante ſecuta eſt
Verba fides: cõcepit anus: ſterilemq; recepit
Fertilitatis honos:neſcis ſuperoſq; uiroſq;
Me duce mirificos?tam uaſta potẽtia noſtra eſt:
Ne dubita: facti nouitas tua uerba ſequetur.
Dixit: & immenſo ſuffuſus nectare frontem/
Indulxit ueniam: uerbis & præbuit aures:
Aethereo tunc ille ſolo dans oſcula pronus/
Hęc ait: immẽſam tibi uim/cũctiſq; tremẽdã/

Quis dubitet? nãq; ex nihilo facis oẽ q̃d uſq̃ eſt:
Naturę imperitas: reuocaſq; a morte cadauer
Letificans fœtu ſteriles: Sarramq; parentem
Millia multa uocant/canaq; ætate Rebeccam:
Et fœtum ut pariat duce te ſine ſemine uirgo:
(Sit licet id dictu mirabile) credere dignũ eſt:
At quem perpetuo cælũ undiq; nõ capit orbe:
Claudi uirginea quis nõ miretur in aluo?
Qua magnum ratione feret uirgo illa tonantẽ:
Et potes id: tñ ipſe meos ſtupor occupat arctus:
Mirantem exemplo deus inſtruit: atq; ita fatur:
Vt rubus ardenti fuit inuiolatus ab igne;
Cum Moſes ſoceri pauit pecus: igne ita noſtro
Intercepta parens/tamen incõbuſta manebit:
Ergo age: & hęc celeres defer mãdata per auras:
Se fore perpetua cũ uirginitate parentem
Interris: cui ſum genitor ſine matre per æuum:
Se fore uiuentũ matrem: quo nomina quõdam
Nympha fuit falſo: uitæ nam munera reddam
Extincto duce ſe generi: cælũq; recludam:
Se fore reginam cæli: cui filius eius
Præſidet oĩpotens: quo non mihi charior alter:
Anguſtas colit hæc ſedes: cui mœnia cæli
Subiiciam: cui perpetuo mea regna patebunt:
Hæc mãdata dabat: cũ protinus ora trementes
Strauimus ante pedes regis: cantuq; ſereno
Egimus innumeras dulci modulamine laudes:

Tũ Gabriel ſummi properans parere tonantis
Imperio/effigiem humanã/tunicãq; decorus
Induit auratam: quam candidus undiq; limbus
Circuit; & flauo telas diſtinguit ab auro:
Pectore in aduerſo tunicaq; eſt pulcher in ima
Solis ab ardenti diſtentus circulus auro/
Effundens radios oculis:quos cernere non eſt:
Diffunditq; comas uentis: humeriſq; reponit
Impiger; & geminas tergo ſibi cõparat alas:
Diſtinguit quas mille coloribus arte magiſtra:
Inde decus capiti ſpirantia ſerta faceſſit
Floribus ex uariis:quos ſummo in mõte tonãtis
Legerat:unde hominũ pr̃ eſt deiectus i umbras:
Inde etiam palmam frondẽti ex arbore ſumit:
Quę uiret umbroſis media oĩpotẽtis in hortis:
Hancq; manu geſtans delabitur/arcta Mariæ
Tecta petens/& Nazareæ penetralia cællæ.
Tempus erat quo terra ſuis diuerberat umbris
Aethera:& accendũt iam ſera crepuſcula lumẽ:
Cum uirgo ætherea pectus tranfixa ſagitta/
Ad ſuperos animo conſcenderat/alta prophetę
Dicta legens:fore iam ſignũ mirabile: fœtus
Virginis Hẽmanuel cũ progrederetur ab aluo:
Qui reprobare malum ſciret:iuſtũq; foueret
Intrepidus: ſtructãq; aciem proſterneret hoſtis.
Talia cum legeret: fœlicem ſe fore/ſiqua
Omnipotẽtis ope/& mentem/corpuſq;/dicaret

Reginę imperio : & ſacris daret oſcula plantis:
Aiebat:lachrymiſq; oculos implebat obortis.
Saltē Virgineis liceat mihi cernere in ulnis
Aetheream ſobolem his oculis.dum talia fatur
Nuntius ante oculos tali candore refulxit.
Vinceret ut ſolem radiis : noctiſq; tenebras :
Pelleret & lychni : clauſiſq; repente feneſtris
Improuiſus adeſt/reuerens ; ac talia fatur :
Dulcis aue uirgo /quam gratia ſancta tonantis
Qui tecum eſt : radiis circumtegit : in mulieres
Tu benedicta oēs. quod protinus inclyta uerbū
Expauit : ſubitoq; humilis pudor ora notauit :
Et decuit caſto ſe confudiſſe rubore :
Nāq; humilis ſeſe indignam cum crederet:altū
Excipiens uerbum/erubuit : dum cogitat: unde
Poſſet ab æthereis talem meruiſſe ſalutem
Sedibus : & ſapiens cordis penetralibus imis
Quale foret uerbū ſcrutans/taciturna manebat.
At placidus uiſu Gabriel turbata puellæ
Pectora conſpiciens/læta ſic uoce profatur.
Ne timeas:manifeſta uides:tibi gratia parta eſt:
Qua ſuperis præfecta uiros ſuper æthera tolles:
Concipies utero : parieſq; puerpera natum :
Nomine quē proprio Ieſum regina uocabis :
Qui generi humano uenies ſuccurret : & alto
Componet ſolio regnū Dauid:unde per orbem
Proferet imperium : ſancta & ditione tonantis

Filius/omnipotens/ſine fine uocabitur & rex.
Hæc animo excipiens/de uirginitate dicata
Diſputat/& fixis oculis tellure/pudico
Ore rogat iuuenē uirgo intemerata decorum.
Caſta deo quoniam uoui mea corpora ſoli/
Cōtactus fugiens pro uirginitate uiriles: (fiet?
Quod loqueris:quo pāde modo:quo ue ordine
Cui Gabriel:ueniet qui cōtinet omnia: & aura
Viuificat placida uitalis ſpiritus in te:
Et uirtus domini cælum terramqꝫ regentis/
Qua cuncta ex nihilo quondā bonitate creauit
Ipſe ſua:incaſtum deſcēdet ab æthere uétrem:
Et paries natūqꝫ tuum/natūqꝫ tonantis:
Et uirgo/& mater iam ſola uocaberis:ecce
Hoc magis ut credas; tua iam cognata marito
Heliſabetta licet ſterilis concepit anuſqꝫ
Ex ſene:ſextus & hic mēſis ſibi:qcqd in orbe eſt
Omnipotens fecit uerbo; poteritqꝫ puellæ
Virginis ex utero puerum proferre deumqꝫ.
Interea ſuperis præſentia numina ab aſtris
Cernere erat thalami penetralibus:abdita quoqꝫ
Forma uerecundæ ſpectans pia corda puellæ
Conſenſum optabat:nati pater affore matrem
Hanc ſine labe ſui gaudet; pulchrāqꝫ puellam
Suſcipit in ſobolem propriam:quam filius alto
Vulnere percuſſus/ſpectat:ſi quando uolentem
Audiat; ut caſtæ ſubeat præcordia matris:

Spiritus uxorẽ uult hanc ſibi ; cultaq; cernens
Pectora figit amans oculos in uirgine ſola.
Felix ædiculæ locus ; & felicia circum
Saxa caſæ/templo non conceſſura ſuperbo ;
Magna qdẽ excepit domus hęc miracl'a ; & olim
Tranabit Maria ac terras cæleſtibus auris
Littus ad Italiæ procul ; ut ſit gratia ſemper
Præſidio populis : unde eſt exorta ſaluti.
Nympha ſuũ recolẽs genus/ & fulgentia cernẽs
Dona dei/tanto ſe non dignatur honore ;
Dum tamen & uitã propria bonitate tonantis
Non meritis ſpirare ſuis conſiderat ; illi
Aſcribens decus omne/animo cõſenſit ; humiq;
Affixis genibus/mentem percuſſa tonantis
Igne pio/ad cælum direxit lumina ; & alto
corde trahẽs gemitus/humili ſic uoce locuta eſt.
Ecce ego ſum domini uix digna ancilla uocari ;
Quod mihi dixiſti uerbum iam deniq; fiat ;
Hæc effata ſilet ; tum gratia ſancta repleuit
Viſcera ; & e caſto perfecit ſanguine Nymphæ
Spiritus infantem ; paruoq; in corpore fudit
Pulchrã animã ; & p̃ris gremio delapſus abalto
Filius humanam ſumpſit de uirgine formam/
E domino ſeruus paſſurus ſponte dolores/
Ex immortali fato moriturus iniquo
Factus homo ; atq; utero clauſit ſe uirginis almę ;
Qui cœlum pugno cohibens regit omnia nutu.

Sic uirgo infantem diuum cõcepit: ut omnem
Exciperet gremio natũ omnipotentis: & omnẽ
Ipſe pater ſummo immẽſum ſpectaret olympo.
Tũ magis exarſit magno omnipotentis amore:
Egit & innumeras grates; caput inde decorũ
Deflectẽs/liquidas ceſſit paranymphus in auras/
Lætus ad aſtra uolans; & rettulit alta tonantis
Munera: & humanam prædixit adeſſe ſalutem.
Tum primum noua lætitiæ nos gloria dulci
Nectare perfudit; ſuperum tum regia ſenſit
Luminis ætherei maius iubar: unde tonanti
Quiſq; ſuo ritu celebrãt ſupera agmina laudes.
Hi manibus plaudũt: ducũtq; per ampla choreas
Prata; alii cytharæ digitis/uel pectine eburno
Vocales neruos pulſant; & dulcia fingunt
Carmina: pars ludunt per gramina: nectit & ille
Floribus ex uariis ſibi quos fœlicia prata
Diffundunt: capitiq; ſuo/fratriſq; corollas:
Concentuq; beant orbes; ubi ſidera cæli
Omnia diſparibus numeris cõpacta per æuum
Effundunt celeri dulciſſima carmina curſu/
Auribus humanis non exaudita; iuuatq;
Organa concordi ſuperos percurrere dextra;
Vocibus oppoſitis crepitantia; ſæpe tenori
Reſpondet rauco cantus; ſonat inter acutos
Illa grauis modulos argentea canna; piumq;
Mirantur ſonitum ſuperi/& lætantur; & inde

Ante patris ſoliū immēſū tribus idyta regnis/
Perq; choros diſtincta noue ſupera agmina cā
Laus/honor/& uirtus/ęternaq; gloria ſoli (tāt
Sit tibi rex:cuius nutu uiget oē quod uſquā eſt:
Nam licet inſuperis manifeſta potētia regnis
Sit tua:cū uerbi imperio bona cuncta crearis:
Panditur hic ingens ſapientia: qua tibi regnū
Reſtitues/ſobolem reuocās Acherōtis ab undis:
Dum natū æthereo clemens de culmine mittis
Virgineū in uētrem:quē iam ſine ſemine uirgo
Cōcipiens/pariet nutu omnipotentis: eritq;/
Hoc ſignum immēſum toti admirabile mūdo:
Vt tandem æthereæ pandatur ianua uitæ/
Iis qui uiuifico ſignarint ſanguine poſtes:
Tranarint celeres ſiccis media æquora plantis:
Et matutino conuiuia rore pararint.
Gratia ſumma igitur tibi ſit pater optime:cęlū
Qui reparas olim effractū: clauſumq; recludis.
Has genibus flexis laudes ſine fine canebant
Aethereum ſuperi ad ſoliū patris: ille benignā
Effundens dextrā ſuperis benedixit & imis.
Interea oceano radios fundebat eoo
Exoriens titan: noctemq;/umbraſq; fugarat
Clarus ouem Phrixi excipiēs:quo tēpore ridet
Tellus: purpureis & floribus omnia pingit
Prata:redit tectis Progne: lachrymoſaq; cātat
Funera/ſuſpendens nidum in laquearibus altis:

Et lachrymas fundunt uites:ut turgida gemmis
Emittant folia:& lætis agreſtibus uuas
Monſtrent:cum ſummi florent ex arbore rami
Vere nouo:cultum fecit quo tempore mūdum
Omnipotens:ſeptē & cæli diſcrimina finxit:
Aſtraq; Zodiaco expoſuit biſſena: poloſq;
Immotos fixit:centro quo tempore tellus
Appenſa eſt medio/magna & circundata pōto:
Cum mōtes ſummū petiere cacumine olympū:
Depreſſæq; iugis ualles: cum creſcere ſyluæ:
Cœperuntq; nouis animalia uiuere terris:
Et uarii piſces toto colludere ponto:
Et pennis liquidum ferri pēr inane uolucres:
Ante quidē fuerāt nihil: hæc deus omnia fecit
Ex nihilo:& tandem reuolutis ordine ſæclis:
Quo deus ipſe die primū ſine patre creauit
Humani generis patrem: finxitq; puellam
Oſſe uiri/fundens altum per mēbra ſoporem:
Quoq; die mundum morti ſubiecit amaræ/
Deguſtans uetitæ pnmum pater arboris: illo
Sumens uirginea carnem de carne redemptor/
Olim etiam extinctū reparabit:ut inſerat aſtris.
Hæc ſunt ætherei myſteria numinis: unde
Virginei tumor ille uteri ſine ſemine creſcit:
Cūq; ad cognatam ſe cōtulit: inclyta anilem
Ambroſia fœtum ſterili ſuffudit in aluo:
Impleuitq; bonis fœtam: quæ uirginis auris

Deſuper afflata eſt; cecinitq; ingentia regis
Numina: uirgineis uteri qui clauditur antris
O quam fœlici uirgo eſt expleta liquore?
Non modo quæ mira fœtum ratione beauit
Viſceribus clauſum uetulę: ſed nectare mundum
Conſperget: borea quantus cõſurgit in auſtros:
Haud aliter q̄ cum nubem terra arida cælo
Optat: at illa mari uentis porrecta ſub auras/
Fœta undis tandem pluuia rigat arua ſalubri:
Contegit & populos circum: & ſitientia rore
Imbuit æthereo ſata: tunc lætantur agreſtes:
Expectantq; ſuæ grauidas iam meſſis ariſtas.
Sic dolet regina ſuas non perdidit unq̄:
Sic cœpit ſanctum mundo edere: deinde ſorori
Prægnanti donec pareret treis optima menſes
Seruiuit/cupiens humilem ſibi ducere uitam.
O quantus puer eſt quẽ ſubſtulit Inclyta uirgo
Naſcentem gremio: lauitq;: humiliq; fouere
Obſequio cœpit: chriſti eſt tuba præuia: uates
Quam cecinit: magno quæ directura boatu
Per deſerta uias: domini qua ſæmita ſurgit
Aetherei: fluuioq; animas lotura ſalubri:
Is puer eſt: qui corda patrũ recto ordine uertat
Adnatos: Chriſtũq; olim ſacro indice mõſtret.
Hæc ſatis: a roſeo ſurgit iam lucifer ortu:
Et me lux cælo reuocat: iam publica noſti
Cõmoda/& immenſi myſteria celſa tonantis.
Hunc ergo infantem oĩpotens/matrẽq; pudicã

Subdidit ecce tuo imperio: tibi filius eſto
Chriſtus:coniugioq; piam tibi iunge parentē:
Neue uterū uioles: quod templū elegit ab alto
Rex ſuperū fore perpetuo ſibi numine ſanctū.
Nuntius his dictis uacuas effugit in auras:
Excitat ą placido Ioſippus lumina ſomno:
Verborūq; memor miracula corde uolutat
Tanta ſuo: & domini ſummū miratur amorē
In genus humanū:triſtis de pectore curas
Ponit:& expectat gelidas aurora tenebras:
Pellat & aſtra polo: dum ſomnia pādere geſtit
Vxori: quam crediderat de crimine plenam.
Vt primum lux oceano Titania fulxit:
Lætus ad uxorem ſe contulit: atq; petiuit
Peccati ueniā: & lachrymis dulcedine obortis
Hæc ait. alma precor referas: quo uirgo tonātē
Ordine conceptū claudas caſto inclyta templo?
Talia fundebat ſenior: tum ſancta reſumpſit
Virgo ſuas uires animo: grateſq; tonanti
Egit flexa genu ingentes: ſimul inde beati
Conſedere ambo: & demiſſo lumine uirgo
Quamq̄ humilis de ſe laudes tractare recuſat:
Omnia quæ Gabriel ſibi dixerat ordine miro
Alma refert:quibus auditis/laudare tonantem
Non ceſſat ſponſus: grateſq; agit uſq; parenti
Aethereo: talem amouit qui pectore curam:
Tranquilluſq; parat grauidę ſeruire puellæ:
Dum pariat:feſſoq; trahat dum corpore uitam.

M. Probi. Mariani. Sulmonenſis. Parthenias. Liber Secundus In Diuæ Mariæ Hiſtoriam.

u

Icerat interea romana poten/
tia terras
Martigenis erecta uiris: Tar/
peiaqꝫ ſurgens
Aequarat cælo faſtigia: iamqꝫ
coloſſo
Addiderat mixta ueſtigia ferrea teſta:
Quem rex in ſomnis Babylonius ora ſuperbo
Aurea monſtrantem luxu ſuperiſqꝫ minantem
Viderat: huius erant humeris argentea late
Pectora; paulatimqꝫ ingens femur ære ſonanti
Deductum/duro ſuras a poplite ferro/
Coctilibus mira figebat imagine plantis.
Iamqꝫ aduentabat luſtris labentibus ætas:
Qua lapis haud ullis manibus cõuulſus ab alto/
Sponte ſua in præceps ſe proriperetur olympo/
Diſcutiens ſyluas & ſaxa immania: donec
Mole ſua ingentis procul argilloſa coloſſi
Frangeret impellens ueſtigia: & agmine facto
Præcipiti daret in uentos opus omne ruina.
Quin etiam toties ſeptena uolumina Phœbus
Orbe pererrato dederat: quot nuntius olim

Ad Chriſtum cupido prædixerat affore uati.
Iam perfecta dies aderat: qua germine ſancto
Editus e duris deſerti uallibus orbis/
In regnũ ęternũ ſpeculam conſcenderet agnus.
At non tartarei rabies ueſana Tyranni
Deſtiterat/ſtygiis mortalia corda uenenis
Spargere/& innumeris orbem cõtũdere bellis:
Quippe ubi Roma potẽs terras/põtũq; ſuperbo
Subdidit imperio: miſerũ ſua uiſcera matrem
Compulit inſano toruus proſcindere ferro:
Et ſocerum genero concurrere: cũq; ſenatu
Confeſſus medio uictor foret: igne repreſſo
Maiorem excuſſit flammã: patriæq; ruenti
Addidit impulſum. donec poſt actia bella
Aurea pax tandem cælſa caput extulit arce.
Prominet oceano Chryſe procul ultima eoo:
Quam magna pietate colũt ſine crimine Seres/
Gens inſueta malis/uictu ueneranda modeſto/
Delitiis felix ſyluarum/altaq; quiete:
Huc ex quo fratrem letho dedit impius olim:
Seu(rudis ut fama ẽ)ex quo caput extulit antris.
Iuppiter Idæis Saturno in tartara miſſo:
Aurea pax terris ſeceſſerat omnibus:hicq;
Vertice ſupræmo ſancta regnabat in æde.
Nullus ibi labor eſt/iniuria nulla:perennem
Pacem ſumma tenẽt:nullo ſe turbine uenti
Attollunt/nubes ue creant:imbres ue miniſtrãt:

Sed ſecura quies miti fouet omnia luxu.
Huc ubi præſenſit mortalibus ęthere ab alto
Affore ductorem ſanctum ad pia fœdera pacis:
Aſtręam/Chariteſq; alias deduxerat: unde
Ingentis toto orbe hominū ſpeculata tumultus:
Quo furor hic inquit clauditur fine ſorores/
Aſſiduo miſeras abſumens uulnere terras?
Aeternū ne truci bacchabitur improbus enſe?
Nō ne ſatis Babylona olim genus omne uirorum
Fœminea fudiſſe manu? Neptuniq; aſtu
Pergama Vlyxeo in uilem cecidiſſe fauillam?
Quid cladē memorē Cyri? cui lacte canino
Succurrit fortuna potens; ut rurſus ab igne
Ereptum Crœſum ligno ſuſpenderet; iſq;
Victima Maſſagetæ multis cum milibus eſſet?
Quid loquar innumeris Xerxē legiōibus Helles
Conſtrauiſſe fretum? uicinaq; littora ponto
Europæ atq; Aſiæ tumidum iunxiſſe ſuperbo?
Tunc cum fuſæ acies pontum tinxere cruore;
Quæ modo multiplici ſiccarent flumina potu.
Inde furens Pella iuuenis caput extulit/ orbem
Confundens luctu lacerum; penetrauit & indos
Maximus; & ueteris tenuit ueſtigia Bacchi.
Interea latio Lybiam concurrere multa
Cæde iuuat; duras ſuperat ferus Hānibal Alpes;
Italiāq; premens Cannenſi exultat in agro;
Tandem Romuleis ceſſerunt omnia pilis

Scuta uirum : populos omnis nūc maxima rerū
Roma premit:terris aderat ſpes magna quietis:
Surrexere ſuam uiolent qui uulnere matrem :
Proh furor : & diri ius inſatiabile belli :
Quod nec ſideribus/ſummoq; pepercit olympo/
Nec lucis domini felicibus . æquora ſæpe
Tempeſtate fremunt:diſcerpunt aera uenti :
Fulminaq;/& cauſis horrenda tonitrua miris :
Exquo mors mūdo intonuit:quæ ſingula cogit
Corpora funereis animo concurrere bellis.
Ah liceat ſaltem placida iam pace potiri
Omnia:& ingratos abſumi incudibus enſes :
Dum deus ætherea deſcendens ſummus ab arce
Luſtrabit terras:ſicut ſeſe affore nuper
Pollicitus nobis:pacem qui maximus author
Vndiq; diffundens/ſuperis ſuccurrat & imis.
Has pia dulciſono cum funderet ore querelas
Irene:& mundo certans præſtare quietem/
Caduceo cuperet terras luſtrare recepto :
His Aſtrea truces licet execrata tumultus
Reddidit infeſti cauſas / atriq; furoris.
Si pacem immenſi ſeruaſſet mente tonantis
Ingratum genus hoc:diraq; cupidine nunq̄
Plena uenenoſi guſtaſſet poma furoris :
In regem ſeruorum armis nunq̄ orta fuiſſet
Seditio:nunq̄ furor impia bella per orbem
Fundere/& ora trucis potuiſſet pādere Auerni:

At poſtq̄ æthereas turbauit crimine ſedes/
Sideraq;/& ſuperos/elementaq;/quicqd & illis
Inſeritur/ſeu uitali compage mouetur :
Impius ætherei cum uerba recentia regis
Neglexit:largoq; perennis münere abuſus
Libertatis/in anguſta ſe compede uinxit :
Ne tantis mirere malis/tantoq; furore
Contundi populos:qui ne tolerare dolores
Sufficiant meritos.en cogitur ipſe cruentas
Pendere rex ſuperum pœnas pro talibus auſis :
Atq; utinā ſaltem poſt multa piacula quærant
Iuſtitiam:ſæuoq; trahant a crimine uitam :
Imminet exitiū quibus hoc immanius: omnem
Poſt mundi ueniet quo ſerior ultio luxum .
His Aſtræa aciem terris defixa ſeueram /
Fronte minas/gladios uerbis fundebat acutos/
Ancipiteq; manu trutinam:ſed iuncta ſorori
Ictirme placidis excuſans crimina dictis /
Hæc ait:ah tantos placida bonitate tumultus
Siſtere/quam terras diris urgere procellis
Præſtat:& humano excidio ſuccurrere iuſtū eſt:
Quādoquidē fragili demerſam corpore mentē/
Et pœnitus brutæ deiectā in uincula terræ /
Quid mirū inſidiis uinctam ſi cæpit & aſtu/
Nequitia qui ſupræmū labefecit olympum?
Illum ſuppliciis in ſeditione ſuperba
Perſtantē/immitis dignū eſt torquere barathri:

At genus humanum cæco licet erret in orbe:
Implorat ueniam: cui iam deus ipſe recludat
Theſauros ſummę bonitatis: & æthera pādat:
Perpetuaq; orbem emeritum iam pace ſerenet.
Dixerat: ut tandem prudens euoluere Alethes
Fatorum ambages/dubiiq; archana futuri
Incepit charis aperire ſororibus/ intus
Oſtendens ſtolidi ſimulacra fugacia mundi.
Perpetuam terris pacé ſine lite ſorores/
Concordes populoꝝ animos/ & amena licebit
Ocia/ & humani requiem ſperare laboris:
Cum tandem a rapido requieſcent ſidera curſu:
Et nudata ſuis tellus animalibus hęrbas
Non feret: & nullis findentur piſcibus undę:
Atq; auibus nullis tenuis ſulcabitur aer:
Exuſtiſq; decens uitiis renouabitur orbis.
Interea rabido diſcordia ſæua furore
Omnia cōfundet lacerans per ſemina rerum/
Perq; animos/perq; ora uirum/p regna/p urbes/
Errabunda/nihil mundo ſinet eſſe beatum:
Tū ſcelerū in pœnas ueteꝝ: tū ꝑpter habenas
Inſtabiles celeri rapiūt quas tempora curſu/
Imperio ætherei regis: ne forte colendis
Deditus illecebris animus ſe crederet orbi:
Negligeretq; ſibi promiſſa capeſſere regna.
Omnia proſternet furor impius: altaq; Romæ
Maieſtas ſummo imperio quis crederet? olim

Excidet:& Gethicis manibus proſtrata iacebit:
Oraq; barbarica uaſtabitur Itala dextra:
In melius tamen imperium mutabit: ut omnĩ
Chriſticolũ populo pſit Roma inclyta: & arces
Pontificum æthereas cuſtodiat ordine longo:
Ah furor/ah belli ueſania'deſtruet urbes
Regna/duces/populos: Solymas/tẽplũq; pphani
Diripiẽt iterum atq; iterũ: & uaſtabitur omnis
Græcia Turcarũ inſidiis: bella horrida mundũ
Conficient tandẽ:quis enim queat ordine lõgo
Dicere uaſtandas urbes/miſerandaq; regum
Exitia?ah uideo cædes/tormenta/minaſq;/
Et coniuratos iuſtorũ infata tyrannos:
Et de tartarea ſceleratum ſurgere foſſa:
Qui ſenio emeritum laceret per funera mũdũ:
Dum tamen ęthereo ſuffundens lumine terras/
Humanũq; genus præſenti pacificus rex
Numine & ore uocãs/ aderit: ſuaq; atria uiſet:
Sume uices pax alma tuas:orbemq; ſereno (tis
(Quãtus adeſt) uultu circũſpice:& horrida Mar
In marras duris abſume incudibus arma.
Tandem tempus adeſt: æterna infœdera prolẽ
Quo reuoces:læſo & damnatã numine quõdã/
Concilies patri æthereo: cæloq; reponas.
Hæc ubi dicta:ſuam trãsfert ſeſe inclyta in ędẽ/
Aſtræã complexa manu/Ictirmenq; per auras.
At ſua palladia diſtinguens tempora oliua

Progreditur tectis Irene: lętaq; ſumpto
Caduceo explorat populos/per regnaq; & urbes
Incedens/multos ſociali fœdere reges
Auguſti imperio iungit:multoſq; furenti
Corde reluctantes curis domat atq; timore
Comprimit:& uictos cogit ſe iure fateri.
Interea Romam lacerũq; ingreſſa ſenatum/
Seditione/dolo/inuidia/& ciuilibus armis/
Diſcuſſit rigidas concordi pace procellas:
Et Martẽ propria procul expulit urbe cruentũ:
Clauſit & in tenebris Ianũ:qui perdida Martis
Signa olim foribus ſemper mõſtrarat apertis:
Pacatiq; graues dea tradidit orbis habenas
Cæſareo iuueni:& felicibus æthere ab alto
Omnia colluſtrãs pennis/dedit ocia mundo.
Vt noctẽ prope Chimerios/ gelidaq; ſub Arcto
Perpetuam/& denſas nubes/hybernaq; laxat
Frigora:pręcipiteſq; cohercet carcere uentos
Aeolio/æſtiui repetens Sol ſidera Cancri:
Nymboſaſq; niues paulatim montibus altis
Liquit/& aſtrictũ glaciali frigore pontum:
Et diam effundens frontẽ/cælũ omne ſerenat:
Obductãq; diu tellurem gramine ueſtit
Purpureo:& populis torpẽtibus ęthera reddit.
Ergo ubi pacati tenuit moderamina mundi
Cæſar:in immenſo terrarũ margine magnum
Indixit luſtrũ:ut numero capita infinito

Cũcta hominũ noſſet quos ſolus inorbe regebat
Quæq; ſuo fuerat cenſori tradita/ut omnes
Cenſeret populos prouincia; & orbe redibant
Diuerſo quiſq; in patriam:cenſumq; ferebant
Cæſaris auſpiciis Syriæ moderamen/& omnis
Obtigerat late prouincia forte Quirino;
Vt populos certo diſtingueret ordine cenſor.
Tum Ioſippus habens rerũ nihil/at genus altũ
Regibus a proauis ſeruans/ Bethlemicaq; ortus
Nomina: Nazarea ſe iam procul urbe relicta
Profeſſurus erat/patriæ aſcribendus auitæ;
Nulla tamẽ domus eſt uſq́ ſibi;nullaq; agrorum
Portio;non ouiũ gregibus ſibi comparat oſtrũ/
Armẽtiſq; boum: nec gemmis gaudet/ & auro/
Aeris inops/ſed iuſtitiæ ditiſſimus heros
Immẽſum ætherea theſaurũ ſeruat in arca;
Cũq; propinquaret reginæ partus;& huius
Cura miniſterii ſibi tradita ab arce fuiſſet
Aetherea:ſolam ne linqueret ætheris alti
Numine prægnantẽ/impoſuit feſtinus aſello;
Reginãq; pedes ſequitur:ducitq; iugalem
Ipſe bouẽ:pauper quẽ uenderet:unde tributũ
Penderet Auguſto:ſumma hæc ſibi diuitiarũ/
Hoc erat armẽtũ/parua hæc ſimplexq; ſupellex.
Non curru nec equo uehitur Regina per orbẽ;
Vt Cleopatra ſui blandis innixa mariti
Delitiis/magna ſeruorum cincta caterua

Deſpicienſq; omnes populos aurata ſedebat
Coccineo curru: quē mox breuis hora ſubegit:
Sed Regina humili ſurgens ſuper æthera calle
Paupertatis amans/coſtis ſancta hęret aſelli.
Vt tandem intrarunt urbem: miſerabile dictu:
Non tectum/nec cauponam qua nocte quieſcāt
Inueniūt/tā multa hominū cenſenda Quirino
Hoſpita turba inerat/pēſuraq; deinde tributū:
Heu mundi Regina domum nō inuenit ullam:
Pręcipitata ruit iam nox: tamē omnia quærunt
Compita/Ioſippū dolor opprimit alma puellę
Viſcera cum uideat iamiā paritura tonantem:
Nec quo reclinet caput eſt locus illa pudicum.
Quid faciant miſeri? ſe cōmendare tonanti
Non ceſſant: ubi nūc poſſint reqeſcere/mōſtret.
Extra urbem procul in medio ſtat cōcaua rupes
Quadriuio/& latū ſaxis pendentibus antrum.
Agricolæ quo præcipiti circum undiq; curſu
Sæpe repentinis fugiebant imbribus acti:
Huc ueniens grauida cū uirgine protinus antro
Succedit ſenior: grateſq; agit inde tonanti
Ingentes: ac ſi præcelſa palatia Romæ
Cæſaris intraſſet magni: & præſepia claudens/
Indulget pecori fœnū ſibi forte repertum:
Clitellāq; pius cubito ut Regina recumbat
Ponit: & arte ſua penetralia claudere tentat.
Nocte fere media placidū cum lumina ſomnū.

Excipiunt : cũcta ora ſilent : hominesq;/ferçq;/
Reſtituũt/largaq; rigant ſua membra quiete :
Sidera collucent paſſim radiantia cælo :
Virgo ſui partus nãq; imminet hora refulgens :
Excitata ſomno ſponſum : poſitiſq; decenter
More ſuo genibus : grates agit : atq; repente
Cæleſtem fœtum nullo uexata dolore
Fudit humi mater : tamen incorrupta remanſit
Poſt partum uirgo:ueluti poſtuitrea ſolis
Tegmina traſlucẽt radii:tamẽ integra linquũt :
Quod deus antiquis oſtenderat argumentis
Sic fore:nã rutulis lambens rubus çthera flãmis/
Manſit bacchanti tandem inuiolatus ab igne :
Clauſa quoq; æternũ uoluit ſua limina : qua ſe
Inferret templo deus/efferretq; ſub auras :
Hoc etiam fortem aſtruxit Gedeona ſigno :
Vellera nocturno cum rore madentia uidit/
Et terram penitus ſiccam/rurſuſq; madentem :
Vellera ſidereo cum cerneret arida ſucco .
Tum cæli Regina deum ſub carne latentem
Immenſum/cuius nutu manet oẽ quod uſq; eſt :
Colligit infantem gremio : prudẽſq; perungit
Virtute & ſtudio ſummi inſpirata tonantis/
Virgineo iam lacte parens:quod ſummus abũde
Omnipotens ipſi tunc tradidit ubera pleno :
Velamẽq; caput quo texerat / accipit : hocq;
Infantem inuoluit:tegmẽ quia pauper habebat

Nullũm:tanta ſibi eſt mundi liuentis egeſtas:
Qui poſt inſidias fugit:& præſepibus ipſis
Collocat:& fœno prudens aſtringit acuto:
Ne frigus tenero officiat: ſubitoq; tonantem
Bos ratione carens/tarduſq; agnouit aſellus
Immenſum/& flexis genibus manſuetus uterq;
Spirarunt calidas deductis naribus auras:
Inter utrũq; iacet fœno circundatus infans:
Cuius ab imperio collucent ſidera cælo:
Et terris uiuunt animalia cuncta mariq;:
Rex regum uili recubans nũc ſtramine/aſelli
Atq; bouis calidas pauperrimus excepit auras:
Quẽ Regina humili fœno uenerata iacentem
Defixis genibus dixit.tibi gratia inęuum
Sancte pater:qui me ancillã nõ deſpicis: & qui
Mira facis natũ ut pariat ſine ſemine uirgo:
At te nate patris ſũmi & mea pignora adoro/
Nate meo ſumẽs corpus de corpore: quando
Hoc merui ut fierẽ mater tua ſũmme creator?
Qui mihi das formã cuius nũc munere uiuo:
A eternũ tibi nate decus/tibi gloria/uirtus/
Laus/& honos nato ecce meo/natoq; tonantis.
Attonitoq; gemens ſenior ſic pectore fatur:
O decus immenſi patris/& regnator olympi/
Maxime cęlicolũ/nymbo qui fulmina torques:
Per quẽ terra feras medio fundata profundo
Tractibus oceani concluditur: omnia per quem

Sidera collucent cælo: quorū hæc ſua retro
Lumina deflectūt certis errantia ſignis:
Atq; alia ingentē circundant undiq; olympū:
A ſolio patris ætherei quæ cura coegit
Delabi in terras? mortales corporis artus
Sumere? uirgineoq; diu te claudere templo?
Iāq; humilē terris miſerūq; oſtendere? & omni
Humani generis te circūfundere luctu?
Vis terras habitare tuas? te maxima Roma
Excipiet diuum melius: cuniſq; iacebis
Purpureis/pluma placidū ſuadente ſoporem:
Maximus & toto regnabis Cæſar in orbe:
Sed te cogit amor generis Rex optime noſtri:
Pondere quod p̄ſſum aſpiciēs ſcelerūq; neſciſq;/
Seruilem deus omnipotens tibi ſumere formā
Non dubitas: miſerum ut uitæ regnoq; priori
Reſtituas. quid Roma tibi? qd Cæſar? & omne
Humani generis decus eſt: niſi puluis/& umbra/
Et fœnum ſi quod medio ſucciditur æſtu:
Gratia ſit tibi qui referens pia ſigna ſalutis
Humanę/exprobras in paupertate uirorum
Delitias/& opes/humanaq; numina faſtus.
At Regina ſedens natū uidet/atq; reflectit
Nuſq̄ aciē: & ſummū ſic cōtemplatur Olympū.
Interea uolucres deſcendūt æthere ab alto
Cælicolæ: inq; choros cæleſtia carmina fingunt:
Nec quiſq̄ cælo remanet: puerūq; iacentem

Stramine ꝯſpiciūt modico: & reuerēter adorāt:
Atq; humilē terris dominū mirantur in imis:
Quem regnare polo/terris/pelagoq; ſciebant.
O ſummū patris immēſi decus: o bona cæli
Maieſtas: o quē totus ſimul haud capit orbis:
Qualē te aſpicimus uilli nūc ſtramine nudum/
Atq; inopē/miſerū/mortali & corpore cinctū?
Vt tandem repares cæleſtia culmina: & almū
Humano generi oſtendas deus optime uultum?
Quid nō uincis amor? dn̄m tu maximus urges
Seruilem terris formam nunc ſumere/& inter
Bruta iacere humilē/miſerūq; animalia fœno:
Iam tibi qui cælum inſtauras ſit gloria ſoli/
Nate patris ſummi/& formoſę uirginis infans.
Hæc ſimul hac ſuperi cantu dixere ſereno:
Obſequio partim caſtæ genitricis in antro
Aſtiterunt/alacres fulgenti fronte miniſtri:
Partim dulciſono complerunt æthera cantu.
Haud ꝑcul hinc aberāt uigiles/qbus aſtitit ingēs
Gloria paſtores: tenebras qui noctis abactas
Mirati/nox illa diem quia lumine uicit:
Fudit enim uerū terris de uirgine lumen:
Dūq; uident crebris fulgoribus aera clarum/
Et modulos diuum dulces/uultuſq; ſerenos/
Attoniti:iam ſæpe fugā meditantur:& herent:
Immemoreſq; ſui plenis in ouilibus aſtant:
Qualis erat pyliis cuſtos Neleius aruis

Perfidiæ reus/& facti modo criminis index.
Attonitos tandem æthereis de fratribus unus
Talibus alloquitur dictis: & pectora mulcet.
Ne trepidate metu: ſed carminibuſq; piiſq;
Indulgete choris: quia nunc ſaluator in orbe
Natus: & emicuit ueſtris lux maxima terris:
Quã quõdam cecinere omnes uno ore pphetæ:
Quę miſis populũ a tenebris & crimine ſoluet:
Credite: nã ſignũ hoc trado: ſuccedite in antrũ:
Inuenietis ibi puerum in præſepibus ortum:
Ille ſalutarem callem monſtrabit olympi.
Hæc ubi dicta dedit: liquidas cõceſſit in auras:
Cælicolũq; choro ſe immiſcuit: æthera dulci
Carmine/&ætherea ſuffundens luce tenebras
Noctis: qua panem uiuũ domus illa recepit:
Quæ partu extinctam tumulo ſuſceperat atro
Vxorẽ: pro quã quondã pater optimis annos
Biſſeptem ſocero lippæ interceptus ab aſtu
Non ueritus ſeruire: ſuas nox ille tenebras
Verterat in radios ſtellarum more micantes:
Quæ longo per inane comas effundere tractu/
Et proprias alio ſedes mutare uidentur:
Inſuper æthereo reſonabat carmine cælum:
Inde & frugiferę ſtillabant munera pacis:
Dum ſe fulgentes ſuperi ſuper aſtra referrent.
His miris arrecti animos/monitiſq; tonantis
Succenſi/ſtatuunt tantũ perquirere regem

Paſtores: propere arripiunt iter: & ſimul intro
Succedunt: ſcabriq; humilẽ in præſepibus antri
Halitibus fotũ brutorũ/ & ſtramine adorant.
Vt uero octaui fulxit lux candida ſolis:
Quẽ celebrem terris uoluit deus eſſe: ſed olim
Felices quibus eſt ſuperis celebrandus in aſtris:
Sanguineas tenero fudit de uulnere guttas/
Prima ſalutiferi Chriſtus libamina ſacri.
Nam deus humani ſortem miſeratus acerbam.
Exitii/patriis Chaldęum iuſſit ab oris
In Syriam migrare patrẽ: quã iure colendam
Perpetuo ſæris ſeruare nepotibus ultro
Pollicitus: magni æquarent qui ſidera cæli:
Iuſſit & obducti truncare putamina collis:
Teſtamentũ ingẽs: quod demũ infantibus ortus
Octauo ſub lege die ſtatuit forę ſanctum:
Cuius & imperio ſe ſubdidit ipſe tonantis
Filius: excuteret ſeruorum ut deniq; legis
Colla iugo: & ſancta nos libertate bearet.
Hic miſerę deus excipiens mala præmia carnis
Vagiit: innumeris cõpleuit & antra querelis:
Quas uix uirgineo turgentis lacte mamillæ
Officioſa parens compeſcuit: ipſaq; ocellos
Suffudit lachrymis: & triſtia proluit ora/
Multiplici pueri lacerans præcordia pœna.
Tum uero infantẽ Ieſum uocat inclytus heros:
Qui meruit ſumma dici pater indolę nati:

Nomine:q̄d ſupis tulerat paranymphus ab oīs.
Ante deus Caſta quā ſe formaret in æde;
Nomine:q̄d cęlū/tellus/mare/& impia adorent
Tartara:parta ſalus mūdo eſt:qa nominis huius
Auſpiciis:ægrum genus/extinctūq; reuixit.
Ecce autem mœdo procul ex oriente ferebant
Infanti cenſum diuo generoſa magorum
Agmina Perſepolin ueterē qua magnus Araxes
Alluit/euerſam Pellæi uindicis armis.
Cyrus in excelſo ſitus eſt ubi Mauſeoleo.
Ignotum arripiunt iter hi; duce ſideris aurei
Iucundo obtutu; cuius iubar æthera luce
Spargebat roſea; & miro fulgore micabat.
Vnde tamen tā grande decus celeberrimus ordo
Agnorit regum? uel qua ratione peregre
Quæſierit Chriſtum? precor o mihi pāde canēti
Diua parens mea muſa/mei dux alma comeſq;
Carminis: auſpiciis cuius mea plectra mouētur.
Exilio reducem populum cum duceret olim
Per deſerta Arabum Moſes; & fortia bello
Pectora/& ingenti ſtrauiſſet mole gigantes
Concuſſos terrore ferunt cum regibus ipſis
Mœdorum populos/Balaham acceſiſſe futuri
Veridicum uatem; quo non fuit acrior alter;
Qui rata fulmineo maledicta efferret hiatu;
Vt genus hoc tanto uexans diſcrimine terrae
Deuotum inferias triſti detruderet orco:

Cũq; reluctantem baculo turbaret aſellam:
Quæ tremulũ uatẽ loca per mõtana uehebat:
Prodigio ingenti/cum iam proſtrata iaceret:
Verba ſeni/& uoces bruto effinxiſſe negatas:
Quapropter uoti ſeriem mutauerit omnem/
Protinus arripiens diuini regna furoris
Mente ſenex: magnũ obſcuris ambagibus ortũ
Inuoluens Chriſti: quo tempore ſtella ſereno
Exereret decus/& lumẽ memorabile Olympo:
Ex illo tabulis ſeruata fidelibus huius
Haud dubiã peperere fidẽ ſibi carmina uatis.
Ergo ut erat radiis circumcrinita coruſcis
Stella iubas/lumẽq; uomens a frõte benignum/
Ora micans/animoſq; uirũ cõuerterat in ſe:
Relligione magos/doctrinæ ambagibus/& ui
Fatorum alliciens/nutu omnipotentis olympi/
Quærere tã magni decus inſuperabile regis.
Sidereos Gaſpar radios/Balthaſſar/& altus
Melchior/ extremo reges ex orbe ſequuntur
Diuerſi: & tandẽ ſociis ſe milibus addunt:
Et ueniunt Solymas: nati incunabula regis
Exquirunt/regẽq; adeunt: & uota retexunt.
Sceptra olim Iudæ generi manſura per æuum/
Donec ab æthereo fulgeret Chriſtus Olympo
Migrarant alio: & ſceptrum uis ſæua tenebat
Herodis diri/Antipatro genitore/prophanis
Gentis Idumææ auſpiciis/qui ſumpſerat oſtrũ/

Cęſaris ĩperio & trabeã / & moderamen / & arces:
Hic uero excipiens ficto mala gaudia uultu /
Aemula legitimi ueritus certamina regis :
Protinus inſidias puero molitur inermi :
Accerſit ſcribas: quãq̃ quiſq; optimus una
Hircano cum pontifice / extinctus foret olim
interpres legum / cultu accedente prophano :
Et Chriſti patriam ſcitatur: & inde magorum
Comperit ut ſummi Bethlem patriã fore regis:
Direxit ueſanus iter : ſuaſitq; redirent :
Sciret ut illorum pueri decus omne relatu :
Se quoq; uenturum: & regi ſua dona daturum.
At poſtq̃ egreſſi Solymis / ubi ſideris almi
Perdiderant radios : nãq; urbs trahit oĩs ab illo
Principiũ infauſtũ: maduit qui ſanguine fratris:
Et Babylon rapuit linguas / & Roma Sabinas :
Vrbibus omnipotens hinc prætulit abdita rura:
Protinus emicuit clarum iubar: inde ubi reges
Deduxit: ſupra rupem ſe expandit in auras /
Perfundens liquidis penetralia uirginis auris.
His miris / quãq̃ ſcabro nil cernitur antro
Regali dignum cultu / pretio ue ſuperbum:
Neglecta agnoſcunt diui incunabula regis:
Stare iubent agmen: gibboſis deinde per hęrbas
Quiſq; camelorũ certant deſcendere dorſis :
Theſauroſq; Arabo claros nidore redudunt:
Succedunt tecto: & puero ſua munera portant.

At ſubito aſpectu turbata puerpera/tandem
Vt ſenſit Chriſtũ mũdo ſe oſtendere: ſedit:
Et diuũ infantem gremio pulcherrima ſũpſit:
Vocibus his quẽ Gaſpar arabs proſtratus adorat.
Rex regum ſalue: tibi laus/tibi gloria ſoli:
Qui magno aſpiciens cõcuſſum crimine mũdũ/
Laberis ætherei præcelſo a culmine Olympi:
Vt tua regna pares cælo.tamen heu qd inantro
Naſceris? hæc ne tibi ſunt alta palatia?ubi nam
Delitiæ/ſegmenta auro fulgentia/plumæ/ (do?
Nymphaæ chorus/& iuuenum pulcherrimus or
Sideris auſpicio fateor tua numina: ſed me
Horror habet:quod tãta deũ nũc uexet egeſtas:
Vile tibi(quãq̃ nihil eſt pretioſius auro)
Muneris obſequiũ precor excipe: quo tua paup
Dãna leues: opibus quæ delitiiſq; domandis
Sponte ferens:tumida calcas ceruice ſuperbos:
Inde pedem pueri ſummo tenus attigit ore:
Qui placido excipiens regalia munera uultu/
Impoſuit capiti dextram ſenis: inde Sabæo
Munere Balthaſſar ſic cernuus ora reſoluit.
Maxime pontificũ Salue: ſemel abdita templi
Cui penetrare ſacris pro relligione peractis
Phas erit/haud ulli prius introſpecta:nec ipſi
Pontificẽ ſibi quẽ ſacro deus unxit oliuo:
Quo nũq̃ ſubiit Moſes/Salomon ue/tonanti
Qui patris auſpiciis erexit nobile templum:

Solus habes tã grande decus. fuit hoſtia nũq
Cæſa deo: qualem dabis olim: ut numina flectas/
Antiquas placans iras. non primus in orbe
Sanctus Abel tali ſacrum ſuffudit odore:
Non Abrahã: licet impoſitus ſit filius aris
Vnicus imperio domini: nõ maximus ille
Qui Solymis regnans panẽ obtulit atq; lyeum:
Nam non bruta tua mactabitur hoſtia dextra:
Victima ſed patri fies ſimul atq; ſacerdos:
Digna ſacerdoti precor excipe munera: & aris
Thuricremis impone ſacri libamina odoris:
Vt deus attrito te propter conſulat orbi.
Hæc ubi dicta: ſacrum thus obtulit/ oſcula libãs
Virginei pedibus pueri: qui fronte ſerena
Indulxit dextra regi bona ſumma tenella.
Inde ſuã cupiens myrrham illi tradere Mœdus
Melchior/ æthereo ſeſe acclinauit alumno.
Vixq; ſui compos/ miracula corde uolutans
Tanta ſuo/ ingenti dixit clamore. quid ergo
Maieſtas ſupræma latet? quo ſumma dei mens
Ecce furit? quo uile ruit decus ætheris alti?
Et ferrugineis iacet en ſine nomine terris?
Ergo ne tantus amor cælo imperat? ut tua cogas
Numina mortali perferre piacula amictu
Humani generis: pro quo ſeruilia captans
Munera: id ætherea des libertate potiri?
Nec ſatis hoc: morſu dãnabere mortis acerbo?

Morte tua ut mortem uincas:referaſq; trophæa
Hoſtibus a uictis cælo inclyta.quantus ab iſto
Corpore per riuos cruor efflu et?ipſe retuſis
Fixus eris clauis palmas:pedibuſq; cruentis
Pendebis ligno uitales carpere fructus
Vnde queat:ſæuæ quiſquis diſcrimina mortis
Vincere uult.myrrhā interea tibi ſuſcipe amarā
Maxime cælicolū:tibi quā nunc eligis inter
Omnes frugiferi fructus/& munera mundi:
Sic ait & Stacten porrexit:& oſcula plantis
Infixit teneris pueri:cui fronte ſerena
Annuit:& ſancto puer aſpirauit honore/
Maturo ſpectans regalia munera uultu.
At decus hoc regina parens ſub corde recondit:
Regia tum prudens & dona & uerba repenſat:
Et facti ſeriem/& miſteria ſumma rogantes
Inſtruit:& demiſſa humili notat ora pudore:
Quandoquidē de ſe laudes tractare recuſat:
Omnia quę memori ſeruantes pectore credunt/
Virgineos humili mores in mente puellæ
Mirati/& pueri ſummū decus:inde recedunt
Reſponſis læti felicibus:ignea ſed iam
Oceano ſoluens Phœbus iuga ceſſerat umbris:
Cum pater æthereo fraudes ſpeculatus olympo
Herodis diri uolucrem iubet ire miniſtrum/
In omnis magno moneat qui numine reges:
Perfidiam Herodis uitent:patriāq; reuiſant.

Impiger ille patris ſummi mandata faceſſit
Quæ ſimul accepere magi / procul inde recedẽs
Arripiũt iter unanimes:patriæq; propinquant
Quiſq; ſuæ:& miris rumoribus omnia cõplent.
Iãq; dies aderat:quo fœda puerpera tabi
Profluuio tandem purgatur? & ordine templũ
Legitimo ingreditur:ſoboléq; altaribus offert:
Siqua uteri primo ſecreta repagula rupit.
Quippe pios duro populos cum barbarus olim
Imperio premeret:reſpirandiq; poteſtas
Nulla foret miſeris:ubi poſt miracula diro
Omnipotens regẽ ingenio obdureſcere uidit/
Ingratum/& ſæua nimis impietate ſuperbum:
Vna nocte truci gladio ſimul exuit omnem
Aegyptum primis natu:quotcũq; uirili
Comperit in ſexu pecorũq;/hominũq; uacantes
Sanguine uirginei ſuffuſo in poſtibus agni.
Ex illo primogenitos ſtatuit fore ſanctos
Perpetuo ſibi iure mares pecorũq;/ hominũq;:
Ergo utero quãuis foret incorrupta uirago/
Mundaq; perpetuo/nulliuſq; indiga luſtri:
Ducitur a Ioſepho Solymas:tẽploq; piatur.
Quod ſolũ omnipotẽs poni ſibi iuſſerat olim/
Incircunciſi ſuper areolam Iebuſæi/
Vertice ſupræmo mõtis pater unica quondam
Pignora prõptus ubi domino mactare parabatq;
Viginti id latum cubitis/triploq; patebat

Porrectum ſpatio: ſua quod faſtigia ad auras
Quãq̃ bis triplo exereret:culmen tamẽ intus
Surgebant quadrante tenus: laquearibus aureis:
Aethera quandoquidẽ tria per tabulata patebat
Turris:& extructis ſtabat nimis ardua pinnis.
Veſtibulũ ante ipſum late ambitioſa patebat
Porticus/& ſolidis alte ſuffulta columnis:
Concha ubi fulgenti puros operoſa lauacro
Ingenti latices ſeruabat aenea labro:
Intima pars templi/& ſpatio penetralia quadro
Sancta inerãt/geminis bene cuſtodita cherubin/
Oraq; inalterutrum uerſis/auroq; coruſcis:
Nec ueneranda minus radiis cortina micabat
Aurea/pendenti penitus procul abdita uelo:
Annua quo ſoli populo expectante licebat
Ferre adolenda ſemel ſacri libamina odoris
Pontifici.exterior templi pars dupla diurnis
Quoq; die ſacris populo libiſq; patebat
Legitimis:omniq; aurum de parte uomebat.
Huc ubi uirgineã ſobolem Bethlemicus heros/
Et caſtam anguſto matrem introduxit ab antro:
Et cæli dominum quẽ cælum non capit: ædem
Subſtulit in ꝓpriã: Simeon quo iuſtior alter
Nõ erat:in templũ diuino numine uenit/
Iam ſenior/iãq; exhauſtis uix oſſibus hærens:
Qui quondã a ſuperis reſpõſum acceperat oris:
Se Chriſtũ æthereo uiſurum a culmine miſſum/

Quæſitum tantis patrum ſingultibus; ante
Frigida frugiferę quam redderet oſſa parenti.
Vt uero infantem uidit: uirtute tonantis
Continuo agnouit diuum: plauſuq; frequenti
Lætus uirgineis Chriſtũ eſt ueneratus in ulnis:
Quem mox excepit gremio grandęuus: & acri
Lætitia mentem ſuccenſus/& oſcula libans
Plurima/pacificam petiit ſibi morte quietem:
Dia ſalutiferi cum uiderit ora tonantis:
Qui tandem excuſſis tenebris illuxerit orbi:
Inde ad Reginam uertit ſua lumina: & ore
Fatidico ambages euoluit carmine duras.
Ah uirgo infœlix animam tibi trãſiget anceps
Heu miſeram gladius: cum tot miſerabile nati
Vlceribus corpus lacerum pendentis amara
A cruce/ſanguineis cernes fluere undiq; riuis:
Cum genus humanũ redimens/uitãq; repẽdens/
Fata ſalutifera mortalia morte piabit:
Nam uitam multis feret/& pleriſq; ruinam/
Hic ſitus inſignum populo in contraria uerſo:
Hæc reſponſa dabat ſenior: nec defuit Annæ
Fatidicum tũ carmen anus: quæ dedita templi
Seruitio/longum cælebs tranſegerat æuum
A/iuuene: & ſolo fuerat contenta marito.
Hæc ubi uirgineũ infantem Simeonis in ulnis
Vidit: continuo concepit gaudia ab imis
Viſceribus: pueri prorupit in oſcula: & inquit.

Salue uera ſalus mundi:rex inclyte regum:
Nate patris ſummi:qui laberis æthere tandem:
Vt nos peſtiferi ſoluas a criminis umbris:
Quod cogit uinctos ſæuis ululare ſub antris.
Te mūdus diro iampridem abſorptus ab hoſte/
Tāq; diu patres imo ſine luce profundo
Clauſi expectabant: miſera & te uoce uocabāt:
Iam formoſus ades/dura qui morte rependes
Humanam ætherea ſub libertate ſalutem.
Ah quantos tunc effundent tua lumina fletus
Alma parens?quoties luctu exanimata iacebis?
Sed ne cede malis:reparabit ſancta reſurgens
Gaudia poſt luctum tibi filius:atq; triumphis
Victoris regina alto fulgebis olympo:
Talibus ingeminās dictis tēplū omne replebat.
At regina metu confundens gaudia:uix ſe
Tēperat a lachrymis:quē clauſū pectorē paſſa ē:
Vſq; ſub extremam tanti diſcriminis horam
Aegra:& terrificis ſemper fuit anxia uerbis.
Inde ubi turturibus geminis ſua chara redemit
Pignora:Nazareas repetit cum coniuge ſedes
Alma parēs:gremioq; fouet regem ætheris/ore
Candida uirgineæ ſugentem dona papillæ
Impius interea ſtygii regnator Auerni/
Excrucians diris curarum ambagibus omnes
Pectoris attoniti fibras/in tartara cogit
Horrida præcipiti furiarum in amœna tumultu

Agmina:quot tetri latitant in uallibus orci.
Affugit horriſono trux a Phlegetóte Chimęra/
Et Scyllæ informes/atq; irrequieta Charybdis/
Cerberus/Harpyiæ ueteriſq; infamia lernæ/
Septeno flãmas attollens ora Ceraſtes/
Enceladus/Briareus/Cæus/toruuſq; Typhœus/
Centimanuſq; Gyges:quotquotq; excidere cælũ
Aggreſſi/ſuperiſq; Iouem detrudere regnis/
Conciliũ horrendũ:quos oẽs luctificus rex
Conſulit infrendens:& triſti rũpitur ira. (ror?
Proh pudor:unde aĩum nũc anxius occupat hor
Segnis &heu miſerũ torquet timor:unde puellę
Tãtus adeſt uigor/ut uires ꝓſternat Auerni?
Et pudet effari:& malim miſer ipſe reſolui
In nihilũ:quã uilis eam ſic præda puellæ.
Proh dolor/ergo aderit tã diri infamia mõſtri?
Vt qui tartareis in ſeditione ſuperba
Confregi furiis cæleſtia regna repente
Aemulus ætherei regis:noſtroq; parentes
Imperio primos hominũ cum prole per orbẽ
Diffuſa/forteſq; duces/regeſq; ſuperbos/
Ingenio claros/ſancta & probitate ſubegi:
Atq; omnes æque magnus quos ſuſcipit orbis:
Fœmineũ/proh fœmineũ ferar ante triũphũ?
Quid queror?has merui pœnas: ꝓh tartara: diri
Theſiphones ubi ſũt ſtimuli/furor/ira/tumultus?
Alectos ubi ſunt colubri/& uerſuta Megæræ

Tela?uoluptatis fugit quo molle uenenum?
En peperit proprio (liquet hoc)intacta marito
(Suſpicor heu)Chriſtū:ſaxis tamē obruta nō eſt:
Et puer heu claris oſtendit numina ſignis.
Nocturnam uidi lucem:atq; his auribus hauſi
Aethereum carmen : uidit tris ordine Soles
Ille dies:quos deinde unum contraxit in orbē:
Romæ etiam fons in Thybrin defluxit oliui :
Accedit lux ætherei quod regia duxit
Agmina ad infantem tenerum diuinitus aſtri :
Nos tamen ignauus torpor tenet:atq; pericli
Immemores/mūdi dominos muliercula uincet.
His dictis perculſi omnes formidine/& ira/
Et gemitu/& diris ſingultibus/horrida cōplent
Tartara : famoſa uelut in conualle latronum
Agmina luctifico multos bacchata per annos
Congreſſu/hoſpitibus cæſis/ rabideq; tumultu
Vndiq; iam populata greges/tentoria/uillas/
Tandem diſpoſitis circa omnia compita caſtris/
Horrent per multa exitium tormenta/ cruceq; :
Ergo his attoniti mōſtris muſſantq;/tremūtq; :
Donec reſponſo cenodoxia cæpit inani
Soluere corda metu trepido:& ſic ore locuta ē.
Dum tua ab exilio recolo monumenta uetuſto
Vmbrarum pater/& forti tibi prælia dextra
Expugnata : pudet tales audire querelas :
Et te congreſſus miror trepidare puellæ:

Vlciſcenda manet quem ſummi iniuria regni :
Hactenus ingenium humanũ quis uiribus unq̃
Impune oppoſuiſſe tuis fortiſſime iactat?
Deſine fœmineis obtundere queſtibus aures:
Scilicet hæc peperit Chriſtũ ſine ſemine uirgo :
Et puer immenſis oſtendit numina ſignis :
Id trepidas? uiden ut miſeris ſine nomine cunis
Infelix iaceat ? uiles præſepibus auras
Brutoꝶ excepit ? tremeret cũ pauper:& omnis
Vagitu oppleuit pagos. miracula terrent ?
Nec memor es tua prodigiis q̃ ſæpe poteſtas
Pulxerit ? anne nouũ cæſi mente excidit auſtrũ
Cæſaris expreſſum ſemenſtris ab ore triumphũ
Noſtri : formicaſq; Midæ/examẽq; Platonis/
Quid memorẽ? qd mille tuę mõſtra ĩclita dextrę?
Finge hunc infantẽ Chriſtũ fore : uictus abibit:
Succumbetq; tuis oppreſſus uiribus olim :
Seruauit Moſen puerum fiſcella per amnem :
Qui licet alloquium ſupræmo in mõte tonãtis
Iactet : ſe tamen is tibi ſuccubuiſſe fatetur :
Incute uim(mihi crede) tuã : puerũq; trementẽ
Aggredere inſidiis : reparabimus undiq; uires
Quiſq; ſuas : licet inuictũ calcabimus hoſtem .
Hunc timet Herodes puerũ : ne regna capeſſat
Aemulus/ Auguſti dudũ ſibi parta fauore :
Exagita Eumẽidũ ſtimulis fera pectora: ut olim
Infantẽ premat : & triſtris depellat ad umbras .

Sic ait/& uanis luctum compeſcuit auris:
Aſſenſere quibus proceres/uulgiq; ruentis
Turba freques:pprias uires/operáq;/manuſq;/
Polliciti auxilio regis:ſedet ore cruento
Spéq; metúq; inter dubius:curiſq; tyrannus
Carpitur:angit enim miſerũ præſaga mali mẽs:
Arma tamen tantis placet obiectare periclis.
Interea inſomnis Ioſephum de culmine miſſus
Nũtius æthereo/dũ nox premit humida terras
Excitat his monitis:ſurge ocyus:accipe matrem
Cũ puero: & patria migrãs pcul effuge adoras
Aegypti: & peregre donec te poſſe reuerti
Admoneam:protende moras:& cede furori
Herodis diri:nati qui nomina regis
Aemula formidãs/puerũ parat agmine magno
Perdere:& ingentes ſæuiſſimus excitat iras.
Ah quãtam infantũ ſtragem Bethlemica tellus
Suſcipiet?qualeſq; ululatus pectore matres
Effundent miſero?proprio non parcet alumno
Impius:ut Chriſtũ necet:ergo his cede periclis:
Et propere effugiẽs puerum cum matre repẽde.
Protinus abſcendens tenues effugit in auras
Angelus/ætherei repetens decora inclyta regni.
Extemplo Ioſephus ſomno experrectus/& imo
Corde gemens/lecto conſurgit: & excitat almã
Vxorem:trepiduſq; illi ſua uiſa recenſet:
Quæ reſpõſa ſenis memori ſub corde uolutans/

Acta metu trepido ꝓpere exilit: atq; tenelli
Panniculos pueri tritos parat ægra: fugæq;
Accingens ſenior ſtrato feſtinus aſello
Reginam imponit: natum quæ forte ſopore
Abrupto ſingultantem fouet/atq; papilla
Nænia configens mulcet: ſequiturq; maritum
Anxia per tenebras/mediæq; ſilentia noctis:
Ne pariat puero exitium mora: ſitq; tyranno
Pręda truci: & lachrymis ut cęlū aſpexit obortis
Hæc ait: o ſuperum rex optime/filius ecce
Quē tibi ab æthereo placuit demittere regno:
Inſidias fugit hoſtiles: quas numine poſſes
Vincere/tartareoq; omnes calcare profundo:
Vt tamen exemplo doceas debere furori
Cedere: qui ſuperis optant conſidere regnis:
Vis natū ęthereū procul hinc properare latronis
More fugam: dux eſto tui pater optime nati/
Atq; comes: quoniā ſine te mihi deficit omnis
Vis animi: te nate ſequor: tu dirige greſſus
Ignotum per iter: cunctiſq; tuere periclis:
Et ſcelus ignaro precor hoc ignoſce tyranno.
Tangit Idumææ ſterilis confinia terræ
Cauda Arabū/gemino rubri maris acta receſſu:
Et quæ non latis ſpatiis duo ſeparat Iſthmi
Aequora: & humana foret ut plaga peruia remis
Pertentata manu: Caſio tamen edita dorſo/
Linquit harenoſis loca uix adeunda procellis:

Innumeriſq; ſolum nimis exitiale colubris :
Hac iter aggreditur durũ grex orbe puſillus
In miſero/at ſuperi decus & pia gloria regni /
Iampridẽ in numeros ſolitus perferre labores :
Nãq; ſub aduerſis uirtus agnoſcitur : ad quam
Sentibus & ſaxis dura eſt uia/& ardua : donec
Duxerit ad ſummi fœlicia regna theatri :
Dũq; per Azotũ/& Gazã/& Syrbonida lõgo
Littora curuantem tractu/& loca clara ſepulcro
Pompeii/deſerta tamen nimis arida pergunt :
Aerumnis/magniſq; laboribus/atq; periclis/
Quot fuerint uexati : illis ſcrutanda relinquo :
Qui norunt uaſti numeroſa pericula mundi :
Aegyptũ tandem incolumes poſt mille ꝓcellas/
Et peluſiaci tranarunt hoſtia Nili .
Interea eumenidum ſtimulis agitatus/& iras
Concipiens animo ingentes/rabiẽq; ferinam
Herodes:furit immenſum:dum regibus amens
Se uidet eluſum diuerſa parte reuerſis :
Incutiunt magnos uatum reſponſa timores :
Sceptraq; tam certis regum procul excita ſignis:
Hinc furor/hinc diris erumpunt æſtibus ignes :
Quos curis alit indomitis:& turbine Erinnys
Excita horriſono:& ꝓpellit ad ęthera flãmas :
Horridaq; inſano meditatus prælia corde/
Haud aliter fremit : Hyrcanis ꝙ fœtibus orba
Tygris/præcipiti raptoris in agnita curſu

Acta diu

Acta diu fruſta ueſtigia:ſiue cruento
Vulnere percuſſus libycis leo toruus harenis/
Aut aper inſyluis Aemi furit aut Erimanthi:
Abſenteq; petens hoſtem conſurgit in iras:
Fixaq; terribili frang ens uenabula morſu
Aerias fruſtra pertentat fulmine pinos.
Talibus Herodes feralia corda uenenis
Imbutus/quibus infantem queat artibus illum
Perdere nũc animo uerſat: nũc neſcius inter
Milia tot regni maneant quẽ ſceptra ſuperbi/
Deſperat:tandẽq; iubet crudelibus orci
Euictus ſtimulis/puerorum bima necari
Corpora trux/quotcũq; aleret Bethlemica tellus.
Cum uero impleret dirus mandata ſatelles
Impia:quis gemitus imo de corde parentum
Enumerare queat?plangoribus æthera matres
Complebant/miſeriſq; ululatibus:illa capillos
Vnguibus/illa genas lacerat: pars pectora pugnis
Fœdat:& examini pars pectore linquitur inter
Oſcula natorum/triſti nimis oblita tabo:
Atq; aliæ mortem rauca iam uoce petebant:
Cum pueros gladiis perimi miſerabile uiſu
Aſpicerent/nuper natos/& ab ubere raptos:
Inter quos natum ipſe ſuum procumbere iuſſit:
Ne fletu aut precibus foret exorabilis ullis
Impius:hos inter credens mactare tenellum
Captantem auſpiciis puerum ſua regna ſerenis:

Quem Ioſephus celeri deſerta per auia raptũ
Virginea cũ matre fuga/procul aduena tutum
Ad loca Niliaci deduxerat intima regni/
Inq; urbem Solis ueterem:quo ſummus olympi
Rex ubi peruenit:bos Mneius occidit: Apyn
Memphitæ extinctum deplorauere/& Anubin:
Ibis/& accipiter: Crocodelus/Cercopitecus/
Numina quæ bruta effigie tenebroſa colebat
Aegyptus cecidere ſimul:concuſſaq; templa
Herculis/& Vaccæ/celebriſq; oracla canopi:
Procubuitq; ſolo nimium defletus Oſyris:
Et procul in Libycis cecidit cornutus harenis
Iuppiter/& caſiæ cuſtos ſine cornibus ædis:
Hic igitur poſt longa fugæ tormenta quieuit
Virgenea cum matre ſenex:natũq; tonantis
Creſcentem licet æris inops/excepit alendum/
Quo potuit ſtudio:at ſuperum regina uirũq;
Sancta/colo cæpit uictum ſibi quærere honeſtũ/
Penſa trahens/tereteſq; euoluens pollice fuſos:
Nec tela laxare manus ceſſabat/acuq;:
Cum ſolers tenui calleret ducere filo
Mirandũ Tyriis inueſtibus argumentum.
Ipſa ſua tunicam nullo ſubtegmine mira
Arte laboratam puero contexuit/uno
Ordine continuã/& ſolido curuamine pulchrã:
Quã Ieſus cuius nutu cælũ omne creatũ eſt:
Vſq; ſub extremam noctẽ eſt indutus;& arcto

Orbe licet paruo fuerit pro corpore textaſ
Creuit cum puero ſemper mirabile dictu.
Exulat interea magni regnator olympi:
Qué regina parens & Vitricus ordine duro
Educat:& magnos nocteſq; dieſq; labores
Non refugit:tenui poſſit quo uiuere ſumptuo
Ah quotiens lucro cũ fruſtrarentur inani:
Attenuata fame miſeros urgebat egeſtas:
Regnat enim mundo mos impius:aduena ſemp
Pellitur/& licet exanimi petat ore ſalutem:
Quam quis ſuccurrat/uitã prius exhalabit.
Sic puerum per tanta parens incõmoda Ieſum
Educat:æthereis donec ſibi conſtet ab oris:
Ad patrios referat ſine ſuſpitione penates.

M. Probi. Mariani Sulmonenſis Partheniæ Liber Tertius.

Nterea ſtygio merſus miſer uſq; profundo
Herodes/ ſæuas uolucri dat turbine pœnas:
Permutatq; uices/ mutatis ordine fatis:
Quippe ubi crudeli ſeſe impietate/ſuoſq;
Contudit infelix: natos quando impulit orco
Ipſe duos/alium uinclis & carcere ſeruans:
Húc quoq; ſed tandē ſtygias præmiſit ad undas:
Cæperat horribili grandes pœnas dare morbo
Tartarei æternū libamina prima barathri:
Qui lentis miſeros cruciabat in ignibus artus:
Tabidaq; ulceribus torquebat uiſcera dira
Exagitata fame/nimiaq; uoragine ſemper
Ieiuna:urgebant nodoſæ cruda podagræ
Tormina/& errātes obſcena ꝑ inguina uermes:
Carpebant uiuas carnes/miſerabile dictu
Inſuper & tetri confractus anhelitus oris
Peſtifero aſtantum nares uexabat odore:
Vnde miſer quin ſe proprio transfixerit ictu
Obſtitit:accurritq; nepos:ſed ad hoſtia tandem
Et primū & fauces uenit graue olētis Auerni:

Cerberus occurrit trepido tria guttura pandens
Deuorat & miſerum:nec iam ſua regna tenentẽ
Diſcerpit:uidet Eumenidũ ſæuiſſima toruo
Lumine Thiſiphone tendentẽ ad ſidera palmas:
Et rapit:& duro coſtas accincta flagello
Percutit ingeminans:atrãq; reſuſcitat iram/
Neſcia moliri precibus:ceu Penthea mater
Euoe Bacche ſonans lacerat/materna uocãtem
Nomina:& auulſis abtruncat torua lacertis.
Aeternum moriens mortẽ non inuenit ullam
Infelix:quem fata trahunt immitia flãmis:
Hinc exaudiri ſublatus ad æthera clamor
Inſontis nati/dira impietate perempti
Cum pueris/diuum ſine fine uocantibus agnum/
Iam ueniat:uictaq; ferat de morte triumphos:
Et patrio meritas ſumat de crimine pœnas:
Cuius ab inſidiis fuerit tot funera paſſus:
Quot ſæua infantes letho dedit impius ira.
Talibus Herodes miſer eſt clamoribus/undis
Merſus ſulphureis diri Phlegetontis in igne
Torquendus ſemper/fornacum incendia tanto
Aeſtibus exuperante ſuis:quanto iſta caminis
Aetneis pictas ſuperat uis ignea flãmas.
Iãq; ter alipedũ ſol irrequietus equorum
Flexerat anfractus biſſena per aſtra quaterq;:
Cum pater Aetherei rex & moderator Olympi
Virginea natum profugum cum matre/labore

Querentem nimio uictū miſeratus inanem/
Cælicolū innumeris unum de milibus ad ſe
Ire iubet:pronūq; docet ſic ore tonanti.
Aſpicis:ut miſeris cōpar mihi filius umbris
Perquē quicquid ineſt mundo/cæluq; creaui:
Gloria/& omne decus: p quē mihi uirginea nūc
Cū matre & Ioſepho a patriis pcul exulet oris:
Oblituſq; ſui ſe negligat: ut mea iuſſa
Impleat:& cæcis prodat pia lumina terris:
Iā placet abſumpto ut repetat ſua regna tyrāno:
Hæc igitur Ioſepho defer mandata per auras:
Ad patriā redeat:natūq; in noſtra reducat
Prædia:& illuſtrē nobis ſine labe puellam
Reſtituat:toto quia nil mihi charius orbe eſt:
Quā uirgo atq; parens nati cōmunis: honorem
Cui debent ſummi fulgentia culmina cæli:
Illa ſuū accipiens natū mea regna reuiſat:
Nec dubitet:nā tartareis iacet obrutus umbris:
Qui fruſtra bellum puero inſidiaſq; tetendit.
Dixit:at ille ſolo & ſummis dedit oſcula plātis
Stratus:& in terras deſcendit ab ęthere ſummo:
Cum iam ſidereū uertit nox humida cælum:
Suſcipit & placidā Ioſephus dū mente quietē:
Inſomnis ſuprema dei mandata reuelat:
Atq; inde humētes uolucer ſuper euolat umbras
Et repetit ſummi præcelſa palatia cæli.
Tum ſenior ſuperis afflatus & excitus auris

Exurgit:geminaſq; effuſus ad æthera palmas/
Ingentes domino grates agit:inde puellæ
Omnia rite refert:magno quæ ſancta labori
Accingit puerū referens/ſibi pondere magno
Haud habilē/ut iam maternis geſtetur in ulnis/
Nec tamen is poſſit paſſus æquare parentis
Paruulus:& qui uis tremulis conſiſtere plantis
Nouerit:& pando careat cū pauper aſello:
Quid faciat regina humilis?niſi caſta labori
Mēbra paret ſūmo: & Ioſephū ꝑ lōga ſequatur
Terrarū ſpatia: & puerū modo portet in ulnis
Dulce parētis onus:donec queat:& modo alūnū
Suſcipiat Ioſephus cælū terraſq; regentem:
Atq; ob iter magno ſe præparet ipſe labori:
Interdum puer omnipotens: dextræq; parentis
Innixus matrem ſequitur non paſſibus æquis.
Exquo Chriſte humili fœno tua mēbra locaſti/
Vſq; ſub extremā noctem:tibi nulla quietis
Hora fuit:tū diuitias/& dulcia ſpernens
Munera:& illecebras mundi fugientis/honores/
Regna/uoluptates/humanaq; numina/faſtus/
Sponte tua nullos humilis/pauperq; labores
Euitans/duros monſtraſti ad ſidera calles.
Iamq; paleſtinæ reduces confinia terræ
Contigerant:feſſi tamen/atq; laboribus actis
Quot uix nocturno collucent ſidera cælo.
Vtq; Archelaum patriis conſidere regnis

Senſit inops animi Ioſephus: nato atq; parenti
Extimuit: donec reſponſum accepit Olympo:
Vt procul intrepidis galyleas cedat in oras:
Tandem & Nazareæ repetat penetralia cellæ:
Vnde ſuum nomen traheret flos inclytus olim.
Ergo ubi parta quies feſſis: pannoſa remanſit
Paupertas/ſolito reduces comitata labore:
Nam niſi reginam donis pia cura ſororum
Et matrum numeroſa cohors cumulaſſet amicis
Indole conſpicua puerum/facieq; decorum
Siderea/& teneros ornantem moribus annos:
Alma domi nihil adnatum inueniſſet alendũ
Regina/ingenti laudum ſtipata corona
Pauper/at æternũ ſuperis ditiſſima regnis/
Nũc humilis/ſummoq; olim celebrãda triũpho/
Vilis/at æthereis omni pretioſior auro
Sedibus/& gẽmis quas extrema India mittit:
Quaſue ferunt Arabes/Scyticoue a littorẽ põtus:
Clarior: & ſolis cui lumen in æthere cedet:
Sit licet orbe nihil Phœbæo clarius aſtro:
Labitur interea cælum: & uolucres rapit annos:
Et rapit humani generis per inania uitam
Sæcula: de pueris iuuenes ad firma uirorum
Mẽbra leuãs/ſed mox ad curuæ dura ſenectæ
Munera deflectens/rugis arat ora proteruis/
Canitie aſpergens caput/& ſua corpora terræ
Reſtituens raptim; uelut exhalantibus auris

In nihilum

In nihilum redigit crepitanteis ignis ariſtas
At mater puerum creſcétem corpore/ & annis/
Dotibus atq; animi pulchris/ſeruire paratum
Omnibus/& dura ſub paupertate decorum/
Educat/aſſiduos patiens operoſa labores.
Iáq; puer uitæ bis ſex impleuerat annos:
Qué numerũ a pauis reparáda ad regna ſacrarat
Cum cæpit cæcis ſemel apparere tenebris/
Matris ab amplexu elapſus:quo ſumma parétis
Expedies mandata ſui ſe oſtenderet orbi.
Feſta olim Moſi proauiſq; indixerat alto
A ſolio pater omnipotens paſcalia:ut agno
Vere nouo ſacrum celebraret quiſq; perempto:
Cum ſæui populum eripuit de carcere regis:
Mos erat in templũ & Solymas cõſcendere ſalté
Vndiq; Iudeos feſtis ad ſacra diebus:
Cum Ioſepho uenit:natũq; puerpera duxit
Virgo ſuũ: qui ſuccedens/ſuaq; atria uiſens/
More humilis ſerui/nó dedignatur inanes
Inter plebeios ſummo ſe offerre parenti:
Inde ubi præteriit feſtum:redeuntibus illis
In patriam/ſancta puer ipſe remanſit in urbe
Solus:& a charis furtim ſe ſubſtulit ulnis:
Quem mater Ioſepho comité cũ crederet/ illo
Credente innixum dextræ remeare parentis:
Quæſiuit mœrens triduo/miſerabile dictu
Heſperio rutilos Sol tinxerat æquore currus:

Et nox atra polo triſtis ſubuexerat umbras:
Quid faciat mater?niſi flens huc uadat/& illuc
Cognatoſq; omnis interroget:an ſibi quiſq;
Inuentum puerū monſtret/tandeq; coacti
Stare loco/iam nūc cælo ſurgentibus aſtris/
Solari nequeunt:gemituſq; a pectore fundens
Ingreditur thalamū mater:ſummiq; tonantis
Auxilium implorat:precibuſq; hec talibus infit.
Aethereū omnipotens placuit demittere uerbū:
Filius in miſero foret ut mihi carnis amictu:
Sim licet interris uiliſſima:quē tamē heu nunc
Amiſi:fors a matris quia ſanctus abhorret
Ingenio indignæ/rex regum uile & ineptum
Mancipiū ſpernens/triſtis lux uera tenebras
Deridens/& mercator ditiſſimus atras
Merces heu miſeræ reprobans:cū paup apud me
Delitiis careat:tamen ocia/regna/fugaces
Delitias/& opes/tenebroſaq; lumina calcans/
Elegit duros in paupertate labores:
Inſuper & legem certans implere parenti
Quā reuerens humiliſq; fuit:ſeruire paratus
Ancillæ/quā de nihilo pius ipſe crearat
Indignam fateor tali me prole tenebris
Implicitam:nec poſſe aliquas tractare ſub alto
Corde uices/nedū meritas perſoluere grates:
Dū mihi das pignus:per quod tibi gr̄ia : qd nūc
Neglexi imprudens/meritoq; hoc digna dolore.

Ne tamen inſpicias tu clementiſſime culpas/
Neglectuſq; meos:propriū eſt cui parcere faſſis:
Sed miſerere precor nequeuntis uiuere cordis
Heu ſine rege ſuo Ieſu:moderamina uitæ
Qui tenet imperiūq; meæ:miſerere parentis
Afflictæ/ſolā mi ſpem/& mea pignora reddēs:
At tu nate redi matris pia gloria:quare
Auertis uultū puer optime:ſpes mihi præter
Te nulla eſt nuſq̄:tu præſens nate ſolebas
Reddere fœlicē:quā nūc miſerā facis abſens:
Diſplicui quoniā forſan tibi: ſed tamē heu quo
Crimine?qui cauſam noſti:tu parce petenti
Suppliciter ueniā: miſerā ne nate relinquas:
Te ſine quæ uitā non inuenit. heu ubi nūc es?
Terrarū ne dolos deus aſpernatus inanes/
Cæleſtem patriā cum maieſtate rediſti?
Qualis es omnipotēs/per quē pater aſtra creauit
Et cælū/& cælo circundata cuncta profundo?
Anne puer quoniā mortali es cinctus amictu
Factus homo/atq; humilē mūdo te oſtēdis inani:
Herodē ut fugiens uoluiſti oſtendere cuendam/
Vim forſan pateris/furibundo raptus ab hoſte?
Spes tamē una mihi eſt:te ꝓtegit ęthere ab alto
Cui nunc cōmendo cōmunia pignora:ſed tu
Nate redi:quo ue hoſpitio puer alme moraris:
Pande precor:quoniā ueniā:& te nate requirā.
Hactenus heu ſine te nūq̄ fuit hora ſuperſtes

Nate mihi: poſtq̃ fœno tua membra locaui:
Nunc primũ ex illo ueſcor uitalibus auris
Te ſine chare puer/cordis pars maxima noſtri.
Talia fundebat lachrymans: noctẽq; trahebat
Inſomnẽ: & miſeris carpebat pectora curis.
Nãq; amor eſt duris mortis uiolentior umbris:
Diſcerpenſq; animũ ueſtigia quærere amati
Cõgit/ & illius dictu mirabile formam
Sumere: ut extinctus penitus ſibi uiuat in illo.
Poſt ubi lux cælo effulxit: miſerabilis ægrum
Regreditur Solymas Ioſephũ comitata: nec uſq̃
Inueniens natũ/ lachrymis magnoq; dolore
Angitur: & ſurgunt ignitæ a pectore curæ:
Quas patienter obit regina/ & uera magiſtra
Ingenteſq; deo grates agit: aſpera/ nequis
Deſperet/ dum forte ſubit diſcrimina: cæli
Reginam matrẽq; dei fortuna dolore
Impulit immenſo: quo cõfiteamur eandem
Poſſe uices nobis etiam mutare ſerenas.
At poſtq̃ Heſperio Sol decidit æquore præceps:
Ingredit̃ thalamũ: & mœrẽs ſolita arma capeſſit
Arma/ truces curas quibus effuget: atq; dolorem
Cõprimat: & ſuperis affletur cõminus auris:
Siqua ſui tandem inueniat ueſtigia nati:
Speq; aliquã ſummo mœrens exoret Olympo.
Ah pater innocuæ lachrymas miſeratus alũnæ/
Cur non reſtitui s natum? ſi uota parentis

Quæ tibi ſola placet ſic negligis ęthere ab alto?
Quo minus excipies noſtras deus optime uoces?
Hoc facis:ut ſic uiuificis flens ſpiritus alis
Contẽpletur/ab ingrato ſe corpore tollens/
Aethereũ numen: quo nobiliore triumpho
Fulgeat in ſummo gemmis circundata regno:
Et meritis ſtipata ſuis/multiſq; probata
Aduerſis:ueluti medio fornacis in igne
Aurea maſſa micat:quę quo magis uritur intus:
Hoc magis effulget ſimul & pretioſior extat.
Mane erat: egreditur Ioſephũ comitata p urbẽ
Mater:& ignitis animam ſingultibus angit.
Vixq; ſui compos per cõpita/perq; uiarum
Anfractus/chari quærit ueſtigia nati:
Et quibus occurrit mœrens rogat:an ſibi quiſq
Nũtiet inuentũ: & lachrymis ſua proluit ora:
Haud ſecus/ac flores noctu ſibi contrahit hęrba
Solis amica ſuos:iacet & miſerabilis agro:
Donec purpureũ exorto iam Sole colorem
Excitet/ad radios ſemper conuerſa coruſcos.
At puer argutis ſeniorum examina uerbis
Tentabat/medio fulgens lux inclyta templo:
Si qua acies lippis oculim cõprendere uerum
Poſſet:& ambages certans euoluere ſacras/
Scribarum doctos circundatus undiq; cætus/
Diſcipulus ſapiens tali ſermone rogabat
Si placet o ueſtras patres aduertite mentes:

Et ſi digna peto: puerum de lege docentes/
Multa precor noſtri iam ſoluite nubila cordis:
Nam ſi uera dedit Moſes oracula legis:
Et ſi ueridico cecinerunt ore prophetæ:
Et niſi uenturi fruſtramur ſtémate regni:
Sancta ſalutiferi complentur tépora Chriſti:
Nam cū cuiq; ſuos bis ſex pater ille referret
Euentus natis: Iudæ de germine nūquam
Defectur aducū/aut regum ſublimia dixit
Sceptra olim donec ueniat ſuper oīa Chriſtus:
Nuper Idumæo Antipatro ſatus arte/doliſq;/
Cæſaris auſpiciis/ regnū tulit ergo ubi Chriſtus:
Præterea qui reſponſum Danielis/& annos
Aduertat Chriſtū ueniſſe fatebitur: unde
Aut lex(quod ſentire nephas)ſit uana neceſſe ē:
Aut iam pmiſſum exhibeat decus ętheris alti.
Talibus ora uirū atq; animos cōuerterat inſe
Quæſitis/pueri ſapientia cuncta creantis:
Quos omnes grauitaſq; ſagax/& dia uenuſtas
Fecerat attonitos: natūq; uno ore uideri
Chriſtum: Romano erueret qui nobilē regnū
Seruitio: & populū iam libertate bearet.
Nulla tamen tantis ſaltem primordia rebus/
Dignaq; tam magno imperio apparere ferebāt:
Ad quos tum puer omnipotens.ſi docta recepti
Dogmatis in noſtris penitus ſecreta figuris

Inſpiciatis ab æthereo mittendus Olympo
Non mortale ſibi regnũ/aut fugientia mundi
Imperia accipiet/ſeruilia/uana/quietis
Neſcia/& in miſeris ſemper nimis anxia curis:
Terribili ſed conflictu congreſſus erinny:
Quæ uexat lacerum per tot iam ſæcula mundũ:
Diripiet prædã:& ſpoliis Phlegetõtis onuſtus/
Fundabit Solymas:& libertate beabit
Aetherea populũ/ſolio inſuperabilis alto/
Vermis/iumentum/uiliſq; abiectio plebis/
Agnus inops/pandi/coſtiſq; innixus aſelli:
Vt uates cecinere:tamen precor ordine certo
Dicite:cur nunc interris miſerabilis imis?
Nunc ſublimis adæthereos tollatur honores?
Hunc Dauid appellat dominũ:qui filius eius
Dicitur:eſt ne minor nato pater?eſt ne parentũ
Fractus honos?deus ẽ:opifex quẽ maximus ante
Luciferũ genuiſſe canit:nam carmine miro
Dicitur hac nouitate deo deus unctus ab ipſo:
Legem etiã de mõte Syon toto Orbe ferendã/
Mutandos ritus ſacrorum/& ſabbata/ſanctam
Teſtamenti arcam / & ueteris miracula famæ/
Aegipti effregit cum dura Ergaſtula Moſes
Delenda officiis Chriſti maioribus olim:
Inſuper & gentes mira nouitate uocandas/
Auerti:& populũ hunc dira impietate notãdũ:

Hæc mihi(participes ſic uos deus ipſe futuri
Efficiat regni)precor enucleate roganti.
Quæ poſtq̃ ambroſio fudit cæleſtis ab ore
Verba puer/ſenſus legis rimata profundos:
Et quæ:ni tenebris acies obtuſa fuiſſet
Pectoris æthereas obliti exquirere ſedes:
Dum captat ſtolidi fugientia munera mundi:
Carminibus uatum poterant manifeſta uideri:
Præter ſpem uentura ſuam dum corde uolutãt:
Obſtupuere animis.Salabin tum ſorte ſenili
Pectore/ſic puerum monitis affatur amicis.
Niteris in uetitum fruſtra puer inclyte:& acri
Indole mortale ingenium ſuperantia quæris
Iampridem Chriſti myſteria:quæ deus olim
Neſcio qua diuerſa canens ambage retexit.
Hactenus ut nulla poſſint ratione reſolui.
Ergo quæ non ſunt conceſſa ſenilibus annis.
Ne ſcrutare puer:ne te incontraria uertant
Siqua animo ſubeunt inuerſo carmina ſenſu:
Tu puer hæc cõtra:pater o uenerãde monemur
Noctes atq; dies meditari in lege tonantis:
Eſt ubi uita/decus/ſapiẽtia/gloria/uirtus/
Et pueris ſenibuſq; ſalus:ergo omnia fruſtra
Dicta prophetarum:liceat niſi cernere uerum/
Indicibus tantis.nulla ignorantia maior:
Quã Solis radiis ſua lumina claudere inumbras.
Ah quanto ſatius uenientem agnoſcere regem?

Quem populo

Quem populo ignotũ cecinere oracla/dic q̃
Palpare in medio:lapidẽq; offendere greſſu?
Ergo ut coniicio:duplicẽ cecinere prophetæ
Aduentũ Chriſti: quorũ prior omnibus æque
Deſpectũ/atq; humilẽ monſtrat/plenũq; doloꝝ:
Nãq; his eſt Orci figenda ſuperbia telis:
Maieſtate alter diuina inſtante perennem
Iudicio regem regum dabit æthere ab alto:
Atq; adeo magis ignotũ mihi noſſe cupido
Surgit:quod natũ Bethlem ſub rupa cauata
Audiui puerũ:quem per rutilantia ſigna
Crediderit Chriſtũ.precor hoc mihi dicite ſaltẽ:
Quis fuerit(meminiſtis.n.& memorarẽ poteſtis)
Ille puer?qua ſtirpe ſatus?quibus erret in oris?
Talibus exciti uerbis (licet omnibus æque
Extollenda foret pueri ſapientia/& acre
Ingeniũ) tamen ingenti caligine mentes
Obtuſi/iubar immenſum comprendere more
Nyctimines cũ non poſſint:mirantur:& hærẽt:
Et clarum exemplo Danielis inagmine credũt.
Tum uero his ſenior uerbis perculſus Onias
Reſpondens/gemitus ſic pectore traxit ab imo.
Heheu quid fruſtra memoras puer inclyte noſtri
Dedecus imperii?quod ſummi rector olympi
Cõtudit:ut Chriſti ſpes iam mihi nulla ſuperſit:
Nam memini natũ infantem ſub rupe decoris
Fulgentem ſignis: compleuit & omnia rumor:

Vidi ego ab extremo reges oriente ſuperbo
Conſpicuos luxu/& comitũ ſimul ordine lõgo/
Hanc urbem ingreſſos/nati incunabula regis
Scitantes:uidi ipſe ſenem dum ferret in ulnis
Infantẽ/in tẽplo hoc myſteria magna canentẽ:
Talibus indiciis grandi tum concitus ira
Herodes/multis Chriſtum cum milibus Orco
Demiſit:tali exitio miſer ipſe gemellos
Quos uno ediderat partu mihi flebilis uxor:
Heu quanta impietate animas effundere uidi?
Queſtibus his puer indulgens ſenioris Oniæ
Solari luctum/& fidei ſuccurrere tentat.
Ah pater indignos tandem depone dolores:
Exemplo inuicti quondã Iob/rebus & omni
Prole orbi/ſumpta radentis & ulcera teſta:
Et fortis miſeros ſuperet patientia luctus:
Felices quibus inſtabilis ludibria mundi
Effugiſſe datum eſt/Chriſto pro rege perẽptis:
Quẽ qui germani edocuit uitare Iacobum
Inſidias ruffi:& Ioſephũ ſeruauit inermem
A ſæuis fratrũ manibus:regẽq; recepit
Infenſum Saulo toties Acherontis ab ore:
Haud dubium eſt diri ſeruaſſe herodis ab ira:
Atq; ideo prohibet materno maximus hædum
Lacte coqui/ſcabro dominus ſub cortice legis.
Ipſe quidẽ uanis hominũ & mẽdacibus umbris
Diſſimilis/uerią; tenax/per ſæcula neſcit.

Mutari:& potius cælũ ruat omne neceſſe eſt:
Quam ne paruulus apex diuinę e codice legis
Aut cadat:aut ſanctos Chriſti fruſtretur honores
Talibus atq; aliis/ut ueri indagine tardas
Exereret mentes ad lumina Solis ab umbris:
Attonitos ſcribas placido puer ore rogabat/
Attendens tacitis nunc hos/nunc auribus illos:
Cum tandem iam ſemianimis miſerabilis illũ
Quæſitum triduo inueniens:uitalibus auris
Afflata eſt mater:uireſq; & perdida nuper
Munera reſtituens mẽbris/ & ad æthera palmas
Effundens/meritas nato pro ſoſpite grates
Egit: caſta tamen cũ non pateretur honeſtas/
Doctorum ingenti ſeſe immiſcere cateruæ:
Quid faceret:uerſabat amãs ſub pectore anhelo:
Donec ſe puer ingremium genitricis ab omni
Conſeſſu incolumem/populo admirãte recepit/
Oſcula chara petens:caſta & ceruice pependit.
Cui mater(quia uocis iter præcluſerat ingens
Lætitia)ut primum fandi eſt data copia:dixit.
Cur tua ſic nobis fili dudũ ora negaſti?
Nam pater ecce tuus mecum te quærere flẽtes
Nũquam deſtitimus/miſera & te uoce uocare.
At puer æthereo ſuffuſus numine:quid me
Quærebatis?ait:ſunt ne hæc incognita uobis?
Verſari in rebus me nunc opus eſſe paternis?
Aſtantum cæcis quod turba obtuſa tenebris/

Non intellecto uerbū ſpreuere parente:
Id tamen excipiens mater uerſabat in imo
Pectore: Nazareā in patriā ſua pignora Ieſum/
Et certum uitæ columen/dominūq;/reducens:
Alma humilē/ſibiq; & Ioſepho ſeruire paratū:
Quandoquidē decet exēplis præcepta magiſtrū
Confirmaſſe ſuis: ſiqua obſeruanda per orbem
Prædicat: ut quæcūq; decet prius egerit author.
Ergo ut ſideream doceat nos tramite recto
Ire uiam/ad ſummi felicia regna theatri:
Dux ſeſe accingit cliuoſa per aſpera primus.
Surgit in exēplum Samiæ uia bina figuræ/
Vna quidē pueris: donec ſe findat utrinq;:
Ad leuam lato ſpatioſa eſt tramite in arcton/
Strata/ſerena/uirens/uenerātibus undiq; glebis/
Puniceis uallata roſis/iucundaq;: donec
Paulatim Scythicis fiat nimis horrida terris/
Aſſiduaq; ſepulta niue/& glacialibus undis:
Vſq; ad Hyperborei præceps immane barathri:
Eſt ubi nox ęterna/rigor grauis/umbraq; mortis.
At cōtra/anguſto porrecta eſt dextra in auſtros/
Arcta nimis/tribuliſq; & ſentibus obſita calle/
Et primo ingreſſu duriſſima: qui tamen auſu
Magnanimo ſuperet primi nimis horrida ualli
Spicula/terribili ueſtes lacerantia morſu/
Carnibus hærentem urticam/& ſitientia late
Deſerta/ horrendo & ſurgētes turbine harenas/

Liuidaq;/& linguis ſtridentia monſtra triſulcis:
Taprobanen clarã gemmis auroq; refertam/
Et fortunatas extrema per æquora terras
Perueniet:ſuperas unde eſt uia dulcis ad arces:
Lux ubi/uita/quies/æternaq; gloria regnat.
Hæc ſiquis cupiet uitare pericula:Chriſtum
Qua docuit tãdẽ mõſtra hæc ſuperare ſequatur.
Eſt prope Pygmeos candens ſuper abdita Nili
Ora iugum/ aſſiduaq; exuſtum lampade Solis:
Speluncam extremis cuius radicibus arcto
Ingreſſu exiguã atq; humilẽ/ colit aſtra Tapine
Aſcendens/terriſq; hęrens radice profunda:
Qualis fixa ſolo atq; altis radicibus arbos/
Siue ædes/penitus cui fundamenta locantur
Firma ſolo/& fixis alta tellure columnis/
Surgit:& æthereos petit inconcuſſa receſſus:
Hoc reptare opus eſt antro:quoq; hęreat imis
Viſceribus terræ magis:hoc incõmoda molis
Aſpera/terribileſq; horrenda cuſpide cautes/
Quis ſentire minus uideatur:& inclyta contra
Lumina ſuſcipiat diui felicius agni /
Regnantis media Sophiæ admirabilis æde:
Quã ſibi & hoſpitibus ſeptẽ ueneranda colũnis
Erexit:panẽ impoſuit:ſua pocula menſis
Miſcuit:& molli ſtatuit penetralia lecto:
Ni faciat:quis tot uitare pericula poſſit?
Scorpion/ & ſola erectum Baſiliſcon harena

Quis fugiat? tranſire queat ſine uulnere nemo.
Præuius hoc igitur Ieſus cum uirgine matre
Præmonſtrauit iter/ ſortem miſeratus acerbam
Humani generis: cum corpora multa iacerent
Victa fame: atq; alios cumulis uolitantis harenæ
Cerneret oppreſſos: alios ſerpentibus atris
Exanimes/ feſſos paſſim/ greſſuq; ruentes:
Inde humilis uilem prętendens nomine fabrũ/
Cedrinum æthereos patri/ uiuũq; tribunal
E cædro patri æthereo pulchrum ipſe tribunal
Compingens/ mira æternũ ratione dolabat/
Virtutũq; choro/ & ſancta pietate decorum:
Quam circum æthereo radiantes lumine lõgo
Ordine diſpoſitas ſupræma ex arce ciebat:
Materiam regina parens/ & uictricus omnem
Exploratã igni interea ferroq; parabant:
Donec mortiferæ defunctus munere uitæ
Exuuies poſuit ſenior: quas ipſe ſepulcro
Compoſuit Ieſus feliciter/ admirandum
Diuinę uirtutis opus: quã traxit olympo
In uentrem propriũ uirgo/ peperitq; tonantem:
Hęc eſt antiquis uirtus incognita ſæclis:
Dum rerum natura hoſti eſt calcata ſuperbo.
Eſt operæ pretiũ immenſas cognoſcere ſanctæ
Paupertatis opes: qua libertate metallum
Deſpiciens/ dura ſapiens ſe compede ſoluat:
Nudus ut in forti perſtans athleta paleſtra:

Victor abingenti referat certamine palmam:
Atq; ideo propria bonitate homineſq;/feraſq;/
Fœcundo & qequid mũdus tenet ubere paſcẽs/
Virginea cum matre/cibis ſe uilibus angit/
Eſuriens miſerum: nec ieiunare recuſat.
Hæc ſapiens duro ſibi præparat arma duello
Arma cherubinis adamantina follibus/igne
Seraphico æthereis certatim educta caminis:
Et uili officio ſeruilia munera captans/
Edocet exemplis uerbo quod prædicet: ergo
Cum iam terdecimũ terris attingeret annum:
Illuxit tenebris/uir plena ætate docendi:
Sicq; humilis matrem alloquitur iã certus eundi.
Tẽpus adeſt ueneranda parens: quo iuſſa parẽtis
Exequar: & cæcũ ambroſio iam lumine mũdũ
Irradians/prædam eripiã de cæde profunda:
Nãq; ideo æthereo genitor me miſit olympo:
Ergo abeã: & mũdo ꝓdã mea numina oportet:
Interea mea cura uale: nãq; ipſe redibo
Quãprimũ: & grandis adimã tibi pectore curas.
Ad quem ſancta parens: fiat patris alta uolũtas
Nate tui: tamẽ heu miſeræ miſerere parentis:
Cui nulla eſt ſine te requies/& nulla uoluptas:
Hęc ait: atq; genas lachrymis impleuit obortis:
Et placida nati mœrens ceruice pependit:
Cũq; ſuum aggrederetur iter: ſua pignora/ſeq;
Cõmendans patri æthereo/ benedixit alumno.

Inclytus e libano ſacrum caput exerit amnis/
Arua ſecans late Phœnicia/ Geneſaramq;
Ingreſſus/longoſq; diu ſinuatus in arcus:
Iordanem dixere patres:quē lurida tandem
Fruſtra idignātē Aſphaltos uorat:ignibus exquo
Dānatas deus omnipotens cæleſtibus urbes/
Infenſus ſceleri merſit graue olentibus undis:
Hunc pedibus ſiccis Ieſu duce & agmine lōgo
Ad Iereconte olim populus tranauit in umbrā:
Quā cupiens implere/altas ut ducat in arces
Aethereàm ſobolem/ad mellitæ premia terræ.
Egreditur patria Ieſus:ſtatuitq; lauacri
Nobile principium ſancti:ſoluſq; relicta
Matre procul nudis pedibus deſerta peragrat:
Quę curas ſolata graues/nam iuſſa tonantis
Impleri/humanæq; optans pia ſigna ſalutis/
Officioſa parens/nihili ſua tędia curat:
Aethereo regi grates agit:attamen alto
Corde trahit gemitus:medio quos pectore ſiſtit
Alma ſuos ſenſus cohibens/ & uincere certans:
Abſenteſq; oculis nequeat cum cernere uultus:
Mente uidet:uerſatq; aliud nil pectore toto
Quam natum regina pium/nocteſq;/dieſq;/
Hęrentem fibris:contemplaturq; tonantem
Quantus amor terris tot cogat obire labores:
Orandoq; dies longos/curaſq; reſoluit
Ingenteis.tandem æthereo demiſſus olympo
Nuntius

Nuntius effulgens/matrem eſt ſolatus anhelam.
Salua ſancta parens regis/qui ſidera torquet
Qui cælũ ex nihilo/terras/mare/& oĩa finxit.
Pelle animo curas:frontẽq; effunde ſerenam:
Victor enim Ieſus dudũ fuit:atq; triumphos
Hoſtibus a uictis iamiam feret:ordine non eſt
Nunc referenda mihi uictoria:nam pius ipſe
Eſurit:ingentis alias tibi dicere pugnas
Preſtiterit:nũc regi epulum regina miniſtra.
Talibus auditis grates agit alma uirago/
Expediens æſcas:uolucri quas tradidit/ipſum
Cõmendans natum:extemplo pernicibus alis
Aſtitit ille ſuo regi:ieiunia primis
Qui deſerta colens inuiſa parentibus olim/
Hoſtis in exitium populis ſeruanda ſacrarat.
Ecce autem ſuperis ueniunt a ſedibus omnes
Cælicolæ:ut regem uideant:felicia cuius
Munera iucundo obtutu per ſæcula ſumunt:
Mortaliq; habitum cinctũ mirantur:& omnes
Quiſq; ſuum officium pręſtãt:regiq; miniſtrãt:
Dum reficit ſua mẽbra cibo:& ieiunia ſoluit.
Inde ubi preſſa fames:dominũ reuerẽter adorãs
Sancta cohors/ſuperi repetit penetralia regni:
Fercula ſed qui detulerat:mox colligit omnes
Relliquias:repetitq; piã ſine labe parentem:
Quę poſtq̃ flexis genibus gratata tonanti eſt:
Quæſiuit quæ nam fuerit uictoria:at ille

Talibus eſt ægræ gemitus ſolatus amantis.
O uirgo immenſum fœlix/quę culmine ab alto.
Aethereum terris meruiſti effundere lumen:
Eſto animo forti:& curas calcare memento
Alma parens:nã quę quõdã cecinere prophetæ:
Impleri/& claris opus eſt iubar edere ſignis:
Quandoquidẽ uox clamãtis mortalia corda
Arguit:ut fugiant obſcæna piacula:iterq;
Expediant regi qua recta eſt ſemita diuo:
Quem tu naſcentem gremio regina tuliſti:
Hiſpidus/& uaſtę ſoles habitator eremi/
Ioãnes:cui mel cibus eſt ſylueſtre/locuſtæq;/
Aridaq; horridoli uillus tegit oſſa cameli:
Ad uada Iordanis uenit:baptiſmate multos
Aſpergens:donec Ieſum ſua ſacra parantem
Cunctatus/certanſq; diu/ſuſcepit in undis:
Quem pater omnipotẽs niuea apparẽte colũba
Monſtrauit Chriſtum populis:& uoce tonanti
Deſuper effuſa:meus eſt hic filius:omnes
Audite æthereo demiſſum culmine regem:
Attoniti tremuere omnes.ergo inclyta poſtq̃
Inſtituit caſtæ ſponſalia coniugis: olim
Quę pariet claram æthereo ſibi numine prolẽ:
Montanam nouus athletes penetrauit eremum:
Quem bis uiginti cum nil guſtaſſe diebus
Impius aſpiceret dęmon: ſigna inclyta quondã
Infantis recolens/quãuis ieiunia Moſes

Talia/& Helias ſenior tolerauerit olim:
Eſſe deum ueritus:contra & pallentia mēbra
Cernēti/purum eſſe hominē/miſerū q; liquebat.
Hunc tentare parat:poſſit ne agnoſcere uerbis
Callidus:atq; ſenis formam capit officioſi/
Tempora canitie aſpergens/hircinaq; menta
Et baculo innixus/parat illum fallere:quē nil
Orbe latet toto:qui conſpicit omnia præſens:
Sicq; doli ueteris non immemor/eſurientem
Allicit.ah miſeret deſerta per auia quod nil
Quo ueſcaris habes:ſed ſi patre natus ab alto es:
Hos lapides uerbo in panes conuerte potenti:
Vt comedas:atq; ancipiti iam conſule uitæ.
Cui ſapiens Ieſus(neq; enim a ſerpente uolebat
Agnoſci obliquo)dixit:non uiuere ſolo
Pane hominem/ſed diuini dulcedine uerbi:
Sic humilis uictor manſit non agnitus hoſti:
Qui iam certus eum faſtu tentare ſuperbo/
Impoſuit dorſo diuum:celeriq; uolatu
Aſtitit/excælſi ſtatuens in uertice templi:
Talibus & uani ſtimulos ſuccendit honoris:
Si genitore deo ſatus es:te corpore prono
Deiice:nam pater auxilio tibi protinus omneis
Cælicolas mittet:teneros offendere poſſit
Duritie ne forte pedes lapis:aſpice circum
Mille uiros:tibi qui tanta obſpectacula credent.
Quē cōtra hoc ſapiens cōfudit carmine Ieſus:

Sic ſcriptũ eſt:tentare deũ aut contẽnere noli.
Ergo iterum uictus/præcelſi inuertice montis
Suſcipiens Ieſum ſtatuit ueſanus: & illum
Vrget auaritię ſtimulis:qui cuncta creauit/
Oſtẽdens cylicas/ Parthoſq;/& Seres/& Indos/
Perſarum terras/ Arabũq;/& Caſpia regna:
Quoſq; ambit pplos Tygris quos Caucaſus ingẽs
Vndiq; proſpectat: Tauruſq; immanis oberrat:
Et Scythiã gelida monſtrat/ Pontũq; ſub arcto:
Quiq; auibus ſæuis aurum rapiũt Arimaſpos/
Germanos procul/& gallos/Romãq; potentem
Et latã terris/Rhenũ/Rodanũq;/ Tagũq;/
Et duplicẽ Heſperiã/poſitoſq; in fine Britãnos/
Et Numidas/ Pœnoſq; truces/Mauros/Garamã
Et Nili populos ſeptẽplicis/ Aethiopaſq;: (tes/
Mõſtrat & extremis ditiſſima regna ſub Indis/
Taprobanen/ magno & qcqd iacet undiq; mũ/
Seq; deũ mẽtitus ait:quęcũq; per orbẽ (do:
Aſpicis:en mea ſunt:Romana potentia nr̃a eſt:
Quicquid ideſt:aurũ/gemmas/ populuſq; potẽti
Imperio ſubdam tibi:ſi mea numina adores:
Atq; hominũ toto fies tu maximus orbe.
Talibus auditis ingenti concitus ira
Ieſus/nam ſcelus hoc directe opponitur illi:
Quem ſolus decet. imperiũ/laus/gloria/uirtus:
Luminibus toruis reſpondit fortis & acer:
Vade retro Sathana;& tali: ne crimine tenta:

Nam ſeruire deo ſoli & dare thura iubemur.
Protinus ille metu rapidus/telluris hiatu
Sulphureo præceps/Orci pallentis ad umbras
Victus abit: magniſq; ululatibus aera complens/
Fugit ab imperio ſub tartara dira minaci:
Sic uictor claros meritus per ſeda triumphos/
Manſit præcelſi ſupremo inuertice montis:
Continuo & dapibus miſſis ieiunia ſoluit:
Lætus & hęc referam iuſſit: ſolata dolores/
Expectanſq; ſuum reditum/pia gaudia captes:
Nā cito multiplices adimet tibi pectore luctus:
His dictis ſanctā aſpergens dulcedine matrem
Angelus/ætherei repetit penetralia regni.
Interea deſcendentem cum cerneret ore
Ioānes Ieſum monſtrauit/& indice certo:
Eſſe pium mundi qui crimina tolleret agnum:
Qui repetens patriam mœſtę ſolatia matri
Prębuit: illa quidē aſpiciēs ſine ſanguine uultū/
Et macie confecta ſui membra inclyta nati/
Solari mentē nequit: & ſuſpiria fundit
Ignea: cū lachrymis: tamē oīa pectore tractans
Aetherei mandata patris/propellere luctum
Nititur: & grandes premit alto in pectore curas.
Iāq; aderat plena celeberrima temporis hora
Qua iubar æthereū claris fulgoribus omnis
Diſcuſſurum umbras noctis/ iam lumine mōtes
Purpureo ſolos uix ſpargeret: unde per orbem

Paulatim tenebris lux ſurgeret alma fugatis:
Matris ab amplexu raptim ſe corripit ægro
Filius:& greſſu Iudæa per oppida nudo
Prædicat ætherei fœlicia regna parentis:
Piſcātem & cymba petrū legit ęquore ab alto/
Diſcipuloſq; alios paulatim: & munera donat:
Quo trahat e pelago multos ad littora piſces:
Pandat & aſtriferi ſupræma cacumina regni
Maximus/& doceat Capitolia clara relicto
Terrarum imperio cæleſtia ſidera/& arces
Aethereas/longa per ſæcula pace tueri.
Interea matrem thalami penetralibus imis
Cernere erat/trāſlatā animo ſuper aſtra uolucri/
Corporeoſq; artus procul a tellure trahentem:
Semper enim regina humilis cū charus abeſſet
Filius:in cælum tendebat lumina:ut ullum
Sācta aīo exciperet: qui cor ſibi pectore ab imo
Traxerat/& fibras:nec reſpirare ſinebat.
Sic regina uirum ſemper comitatur euntem:
Abſentēq; animo præſens uidet:audit:adorat:
At ſi quando ſuum repetit mens ſaucia corpus:
Ignea corde trahit ſuſpiria:quærit & illum:
Quærit:& inueniens tandē requieſcit in illo.
Iſq; ubi biſſenos fratres ſibi legit:ut orbem
Vinceret his totum præconibus:atq; pararet
Aethereo humana ſobolem de ſtirpe parenti:
Fratribus his matrem rediit ſtipatus ad almam:

Quam ſimul aſpexere omnì candore refertam
Corporis atq; animi/& donis cęleſtibus auctam:
Certatim uenerati omnes/humiléq; parentis
Mirati affectum/tota ſe mente dicarunt
Matronę/quæ uirgineis caſtiſſima ocellis
Munera/& ambroſios late fundebat honores:
Hos ſola ætherei Chriſtus dulcedine uerbi
Diſcipulos/non ſignorum ſibi luce pararat:
Quos ut prima pius matri miracla ſacraret:
Et ſponſalitiis myſteria ſancta ſub umbris
Panderet:ad ſponſi ſecum conuiuia duxit
Inclitus eximiæ matris comes:utq; miniſtri
Ornauere ædes auro/pictiſq; tapetis:
Et poſitis ſtrauere intus triclinia menſis
Grandia: iāq; nitet tyrio domus oīs ab aſtro:
Ecce puellarum magna comitante caterua
Spoſa uenit/caſto malas ſuffuſa rubore/
Virgineoſq; immota oculos/ſpectabilis oſtro/
Et fuluo nitidos auro complexa capillos:
At contra egregio ſtat formoſſimus ore
Sponſus/purpureo carpens de flore iuuentæ
Dulcia mella/tamē breuibus fugientia in horis/
Floribus excuſſis uolucriq; ſimillima uento:
Hic pueri pia ſacra canunt:ducūtq; choreas:
Carminaq; aurato percurrens pectine chordas
Regia felici modulatur uoce choraules.
Poſtq̄ ingreſſa domū intōſi noua nupta mariti:

Vndiq; diſcumbunt poſitis ex ordine menſis
Conuiuę:inter quos Ieſum matréq; pudicam
Præcipuos in honore locant:manibuſq; miniſtri
Dant limphas:panéq; toris & uina ſuperbis
Expediunt/nitidis & fercula grata patellis
Lancibus expoſitis fumantia pectora cultro
Altilium uolucri ſecat hic:uituliq; ſaginis
Lactentis complet quadras:hic pocula miſcet.
Ecce autem in mediis epulis dū uina frequētāt:
Abſumunt ſeruata penu quæcūq; ſub imo:
Quid faciant famuli?faciat quid ſpōſus?& unde
Vina petat?neſcit:uel quę det pocula menſis:
Tum ſpōſum miſerata humilis regina/benignis
Ad natum conuerſa oculis/uina optime fili
Defecere:inquit:cui talia reddidit ille.
Quid nr̄a o mulier?cū non mea uenerit hora:
Illa tamen(nam magna ſibi fiducia nati eſt:
Quem norat ſemper ſolitum parere parenti)
Talibus affata eſt famulos: mihi credite quicqd
Dixerit id facite:ut pateris iam uina refundat
Hæc ait/acta piis uirgo officioſa procellis:
Nam magis alma ſuis aliena incōmoda curat:
Ni faciat:miſero demerſis ſæpe profundo/
Quis reparet quaſſamq; ratē?monſtretq; ſalutē?
Quis ſcopulo affixos nos adiuuet? & freta pōti
Mitiget?& uentis iubeat dare uela ſecundis?
Sola hyemes pellit:tempeſtateſq; ſerenat/

Vera ſalus nautis/formoſa & certior arcto.
Ergo ubi materni ſenſit pia uiſcera amoris
Filius:ætherei non immemor omne parentis
Imperium cõmune ſibi:qui cuncta crearat:
Talibus alloquitur quęrentes uina miniſtros.
Ite inquã ꝓpere:& liquidis uaſa omnia lymphis
(Forte ibi ſex aderãt)implete:inde architriclino
Tradite.continuo famuli pia iuſſa faceſſunt:
Et plenas referunt urnas:tradũtq; magiſtro:
Iſq; ubi guſtauit q̃ pręſtantiſſima uina/
Neſcius hæc dudũ facta ex fluuialibus undis/
Increpuit ſponſum:quæ tanta inſania tandem
Impulerit:ſaturis uina ut meliora reſeruet:
Debuerit primis quæ pocula ponere menſis?
Attonitus tali ſponſus ſermone/rogabat:
An uinũ foret illud?aquas cũ flumine ab ipſo
Attulerint famuli:famulos rogat?unde tuliſtis
Hæc nũc uina?illi referunt nõ uina/ſed undas
Fluminis imperio Ieſu aduexiſſe:magis tunc
Attoniti tantis complent conuiuia miris:
Lymphã diuino uerſam in uina optima ſigno.
Tum primum tantis cæpit fulgere per urbes
Prodigiis/tot reſtituens mortalibus ægris
Munera/tot dotes/totq; officioſus honores:
Vt quot ab antiquo fluxerũt ſæcla Prometheo:
Innumeris ſi conentur ſimul edere linguis:
Non poſſint:ne particulæ ſatis eſſe loquendo.

Quot cęcos pulchra donauit luce benignus?
Quot ſurdis aures reparauit? & horrida linguæ
Vincula quot mutis abrupit: & ora reſoluit?
Loripedes/claudos/uitiatos corpore toto/
Neruis cõtractos/perq; omnia mẽbra tremẽtes/
Numine quot ſancto ſolidos reparauit in artus?
Horrentis quot mundauit contagia lepræ?
Deniq; quot uita functos reuocauit ab umbris
Omnipotens? uentis ſæpe imperitabat & undis.
Hęc tamẽ immẽſi quota portio numinis? o quot
Dæmonis inſidias tenebroſa in ualle retexit?
Vincula diſrupit: laqueoq; innexuit ipſum
Iniecto miſeris mortalibus: ætheris alti
Oſtendit duros calles/& dulcia regna:
Dæmona cõflictu toties proſtrauit in umbras
Terribili: ut tetra ſtygiorum in nocte cohortes
Spirituum/quos obſeſſis eiecerat ille
Corporibus: tremerẽt: nec ſpes opis ulla daretur:
Nãq; ut porcorum gregibus detruſa ſub undas
Merſerat omne pecus legio infeſtiſſima diris
Ad ſtyga diffugiens ululatibus/ horrida prorſus
Tartara/& Eumenidas/torui & prætoria ditis/
Terruit: & miſeris Orcum eſt affata querelis.
Quis modus heu tãtis princeps mũdi eẽ periclis
Iam poterit? quin ſuccũbas? & regna per æuum
Amittas tibi parta olim? cum tanta poteſtas
In Ieſu uigeat: quantã deus æthere in alto

Vix habet:eſto uiri prudentia tanta:ſagittis
Vt figi noſtris nequeat:miracula ſunto:
Quanta deus faceret:tantis ſua uiribus ille
Fulmineo uerba ore tonant:uideatur ut ignes
De Phlegetontei iaculari turbine fontis:
Nos hominem cuius mẽbris conſedimus omnes
Terribilem/tanta rabie & feritate tremendum/
Imbueramus:ut in uaſtis conſideret antris
Dirus/ inacceſſuſq; uiris:ſeſe obuius ille
Obtulit intrepidũ:cũq; irrueremus:ut atro
Infrendens Ieſum diſcerperet ore ſatelles:
Proh dolor:ut uerbo intonuit:tũ torpuit omnis
Extẽplo uis noſtra ſimul:nos compulit inde
Effugere/erranteſq; ſues immergere ponto:
Talia dicta dabant:mẽbriſq; & uoce tremebant.
Hinc exaudiri dura de compede clamor:
Quo tandẽ rex umbrarũ nos crimine damnas?
Quid noſtrũ meruit quiſq̃?quid ſingula poſſunt
In Ieſum noſtra arma?illi ſi millia cedunt?
En uicta eſt legio:& flagris nos cædimur intus:
Hos rabido infrendens ſic increpat ore tyrãnus.
Men uos ignaui arguitis/uiliſſima uulgi
Portio?magnanimas ſaltem ſic ſumere uires
Diſcite/ſegne pecus:meritas (mihi credite) pœ/
Victa dabit legio:uobis ne hęc gl'ia parta ẽ (nas
Milia uana/fuga timidos ſuperantia damas?
Dixit:ſulphureiſq; omnes detruſit inantris/

Ore truci ſaniem eructans/atrūq; uenenum/
Toruus/ſed grauibus laceratus pectora curis/
Conflictus memor ipſe ſui/luctūq; metūq;
Diſſimulat:caſuſq; atros ſub corde uolutans /
Hæc ſecum.primos quid debellaſſe parentes
Quōdā hominū? extorres ꝓcul a fœlicibus ortis
Mille olim laceraſſe modis?ſobolēq; perenni
Imperio inuiſam mihi ſuppoſuiſſe?quid orbē
Qua patet eſſe meū?quid ſub iuga nr̄a redactos
Venalem prædā reges/ſanctoſq;/duceſq;?
Me miſerum uilis ſi uincit homuncio: mundum
Suffudi tenebris lacerū:genus omne ſophorum
Implicui uaſtis erroribus : omnia parent
Regna mihi:ſtant tēpla auro radiantia ubiq;:
Nec modo mactantur pecudes:procūbit ad aras
Sæpe meas deductus homo:decus ætheris alti
Dicor:Romani propugnatorq;/paterq;/
Imperii:ſed neſcio quis iudæus apella/
Proh dolor/heu noſtras tentat cōtundere uires:
Idue impune feret? nequeo ſi uincere aperto
Congreſſu:ſaltem proceres furialibus umbris
Vexare/ut pœnas hoſtili e ſanguine ſumant :
Præſtiterit:ſtat ſupremis tentare periclis :
Sit ne deus?poſſit ne pati?aut occūbere morti?
Talibus immenſum lacerans ſua pectora curis:
Haud mora/trāſmictit celeres toto orbe libur/
Qui reuocēt atroſq;duces/ſtygiaſq;phalāges (nos

Interea Eumenidas thalamis detriſtibus ad ſe
Ire iubet;quas pollicitis trux ipſe miniſq;
Adiurat; curent tantis uexare procellis
Iudæos proceres;donec Ieſum agmine facto
Detrudat triſtes multo cũ ſanguine ad umbras;
Haud ſegnes dicto parent;noctéq; profundam
Arripiunt;& luctificis cælum omne uenenis
Inficiunt:peſtéq; ferunt:qua ſternitur agris
Omne pecus:flores languẽt;moriũtur & herbæ.
Vt Solymas tenuere:uiam ſibi nacta nocendi
Quæq;/ſuum obſedere locum:nã dira Mægera
Aſtitit excelſi ſupræmo in uertice templi;
Et proceres(ut quẽq; aliqua ambitione uidebat
Implicitum)& ſcabra ſcribas in lege peritos/
Siue ſacerdotes/diris complexa colubris/
Inuidia miſeros triſti inficiebat & ira.
Hos curiis ſimiles/ficta & probitate modeſtos/
Aſpiceres/animũ monſtrantes lumine fixo
Socraticum/mores caſtos/uitãq; probatam/
Legibus aſſuetos ſacris/interprete lingua
Addere quiquid erat lucroſum/& pectore toto
Quærentes clarũ nomen/uitãq; ſuperbam/
At Stygium diro geſtantes corde uenenum/
Tantaliãq; famem ſtomacho/diraſq; uolucres/
Omnia uirgineo fœdantes fercula uultu:
Haud aliter:quã ſi pandentem bracchia cernas
Scorpion:ut chelis certans illudere apertis

Incauto:inuerſa figat faſtigia cauda
Improbus:& diro ſuffundãt membra ueneno.
Ergo hi cum populos omni de plebe fluentes
Ad lumen cæli clarum/& miracula ab alto
Aethere conſpiciant:& ſe ſine honore relinqui:
Dentibus infrendunt:& cor ſibi fluctuat ira.
Alecto horriſono nocteſq; dieſq; uolatu
Luſtrabat populos:nũc irrequieta per urbes
Finitimas currens/nũc per deſerta/uiaſq;/
Mille dolos in amœna modis/& dira ferebat
Mentibus humanis irritamenta malorum/
Regia uipereis ſuffundens corda uenenis/
Vulgus iners cæcis aſpergens ſæua tenebris/
Auſa nephas tantum:ut ciues armauerit ipſos.
Qui ſaxis Ieſum impeterẽt: agerẽt ue ſupræmo
Præcipitem de monte/nihil ſibi nacta quietis
Per procerum cœtus/& per prætoria: donec
Innocuũ ad triſtis Ieſum detruderet umbras.
Impia Thiſiphone dura obſidione premebat
Diſcipulos Ieſu:ſiquem impellente procella
Deiiceret tandẽ e ſpecula:qui perfidus altis
Actus Auaritiæ ſtimulis/iam forte magiſtrum
Perderet:& placida fieret lupus ex oue/ſancto
Paſtori/ſimul & paruo exitialis ouili.
Præſcius interea Ieſus ſcelerũq; neciſq;/
Quandoquidẽ quã uirgineo de corpore carnem
Sumpſit:ſponte cruci deuouerat ipſe cruentæ:

Ore ſacro turbas myſteria ſancta docebat
Cæleſtis regni : & procerum ſcelera impia corā
Carpebat/præco intrepidus:morboſq; repellens
Corporis atq; animi/extinctos uitalibus auris
Reſtituebat/amās hominis:quē finxerat olim
Ipſe ſuis manibus:uitam inſpirarat & almam
Proq; tot officiis/procerum in ſua dāna ruentū
Surrexere odia:infenſoſq; urgebat Erinnys
Perdere uiuentum regē:& dira illa phreneſis
In medicum cœca rabie ſæuire parabat.
At regina parens tota regione uacantem
Aſpiciens Ieſum/nullam capit ægra quietem/
Acta metu trepido/& caſus præſaga futuri:
Quem quondā certo ſibi dixerat ore prophetes:
Pauperis & pauper ſequitur ueſtitia nati/
Vſq; ſub extremę pallentia funera noctis.

M. Probi. Mariani Sulmonenſis Partheniæ Liber Quartus. de Paſſione.

E quoq; letheis proprio reuocarat ab umbris
Imperio Ieſus: tumuloq; eduxerat atro
Lazare pręcipiti cuius de morte ſororem
Tendentē ad Stygias nullo prohibēte tenebras
Iāq; procul diris demerſam faucibus orci/
Nuper cæleſti reuocarat lumine ad aſtra:
Felices lachrimæ: pedibus quæ regis olympum
Qui regit & ſuperos ueniam inuenere: beati
Qui lotos a flente pedes terſere capilli:
Oſculaq; immenſum felicia: quis pia ſacros
Attigit illa pedes: nardo & fragrante perunxit:
Vt quibus ingratos petulans ſibi fouerat hoſtes:
His larga pietate uicem tibi Chriſte referret:
Rettulit illa uicem merito: ſed nardus amaram
Intulit heu domino mortem/ nobiſq; ſalutem/
Diſcipulo & laqueum/ capiti ſuffuſa tonantis.
Conflictu facili furem in ſua damna coegit
Thiſiphone: qui ſeruabat quæcūq; magiſtro
Tradita/ pauperibus ſeu diſtribuenda fuiſſent:

E quibus

E quibus ad partem decimã rapiebat auarus:
Quo reparet ſua dãna modo rimatur & ipſum
Vendere ſtat Ieſum quanti ſibi furta fuiſſent.
Proh ſcelus:inſignẽ dominũ fulgentis Olympi
Terdenis properat nummis dare pectus auarũ:
Promittitq; diem.miſer ah cur talia tentas?
A matre id potius pretium exige:nam licet alta
Paupertate nihil ſibi ſit:ſe uendat:& omne
Diſcrimen iam ſponte ferat:natũq; rependat:
Sed rabies te cæca trahit:fera pellit Erynnis.
At Chriſtus prædura ſuę confinia uitæ
Aduentare uidens/claro parat ire triumpho
Ieruſalem:quãq; procerũ immaniſſimus ordo
Eius in exitiũ iam coniurarat: & ipſum
Quod de more dei peccata remitteret: & quod
Sancta ſalutiferis uiolaret ſabbata ſignis:
Quodq; dei genitore ſatum ſe diceret: arti
Aſcribens magicæ ſummi miracla tonantis/
Aethereum regem dira impietate notabat:
Ipſe tamen foret oſtendens ſibi quanta poteſtas
Vt noſſent ſe ſponte ſua iam ponere uitam:
Inſenſos inter ſcribas uult ſumere regis
Nomen/& æthereos diuino carmine honores:
Ergo Bettaniæ matrem ſibi multa timentem
Linquit:biſſena comitatus & ipſe caterua/
Vrbem adit:& quanto poſſet ſua regna fauore
Inſtaurare:foret cordi ſi uanus honorum

Fumus:& inſtabili uellet conſidere mundo:
Oſtendit/pandi coſtis innixus aſelli/
Colla quadrigarũ exprobrãs/ curruſq; ſuperbos:
Inde ubi terrifico funeſta negocia uultu
Expulit a ſacris penetralibus:& ſua regna
Edocuit mundo contraria:ſolis ad ipſum
Bettaniam occaſum repetit:matréq; reuiſit:
Et ſe iucundum ſolido magis exhibet: illi
Aſſidet & ſummo charã ueneratur honore:
Immineant extrema ſui cũ tempora curſus.
Iãq; omni uaſti cunctis de partibus orbis
Spirituũ furibunda cohors conuenerat atri
Ditis ad immites dudũ reuocata receſſus:
Quos ubi conſeſſu in ſtygio/cur cõcio iuſſis
Vndiq; tam ſubitis tam magna coacta fuiſſet:
Scitantes uidit rex impius:anxia curis
Pectora deſcerpens/rabido ſic pectore cæpit.
Exquo cæleſti ſumpſit nos terra ruina/
Hactenus in tanto nũq̃ diſcrimine noſtra
Res fuit a tantis uix emerſura periclis:
Noſtis enim uilẽ/exiguũ/ & ſine nomine dudũ
Qui fuerat Ieſum/treis ſurrexiſſe per annos
Vſq; adeo:ut claris diuina oſtendere ſignis
Numina nõ ceſſet:defuncta cadauera ab atro
Suſcitat is tumulo:propria uirtute repellit
Morborũ omne genus: nr̃as fugat ore cateruas
Proh pudor/horrẽdo:& ſtygias demergit ĩundas:

Hũc mater peperit uirgo(ni fallor)& olim
Vt primum aduerti;ne naſci poſſet:& inde
Infanti inſidias ne creſceret ipſe tetendi:
Proh dolor/inſidiæ non ſucceſſere: ſed ingens
Ille parat claro nos expugnare triumpho.
Sæpe animo recolẽs quæ primo oſtẽdit in ortu
Signa poteſtatis/ qbus & modo maximus aſtris
Inſeritur;uereor ne ſit fortaſſe tonantis
Filius:hũc ego mille modis/fortẽq; parentem
Aggreſſus/nec ui potui ſuperare/nec aſtu:
Mortalẽ tamen ex ſenſu liquet eſſe dolorum:
At contra/quos obſcura caligine merſos
Per tot ſæcla patres ſpeq; auxilioq; tonantis
Fruſtratos/luctu in miſero nouiſtis; ut huius
Aduentum ſenſere; hymnis & plauſibus atrum
Compleuere herebũ:quanta exultaſſe putatis
Lætitia cunctos?quando obtruncatus ad illos
Ioãnes deſcendit ouans?prædã agmine magno
Iam pridẽ nobis partam/proh tartara/tentat
Neſcio quis rapere:at nos dormitamus:erit ne
Dedecus Heu tantũ priſcis uictoribus?altis
Si quondam excidimus regnis:ſolatia ſaltem
Sũt manibus ſupeꝝ cecidiſſe/& fortibus armis:
Sic ne igitur uilis nũc uincet homuncio?quod ſi
Acciderit:quo nã fugiemus?tartara reſtant
Heu quibus incluſi longũ cruciemur in æuum/
Dii quibus imperium terris fuit hactenus ingẽs.

Ergo agite o diuum proles/quibus ætheris alti
Regia debetur : partum defendite ſaltem
Terrarum imperium:uaſtaſq; reſumite uires:
Aethereũ quondã quibus effregiſtis olympum.
Dedecus eſt ſuperare unum tot milibus hoſtem:
Quo magis heu pugili uinci tot milia ab uno
Dedecus exitiale foret/defendite quæſo
Regna/lares/aras/penetralia/numina/honores:
Ipſe ego progrediar dura incertamina primus:
Pectora ſuffundam tenebris:tantoq; fragore
Cõcutiã genus omne hominũ/plębẽq;/patreſq;:
Vt Ieſum hũc magno detrudãt turbine ad um/
At uos diſpoſitis fines cõcludite caſtris (bras:
Vndiq; iudeos:nequa ille euadere poſſit:
Sic opus eſt:propere cuneos & caſtra mouete.
Hæc ubi dicta:tuba ſignũ dedit : unde repente
Milia tot ſtygiis ſimul emerſere tenebris:
Quot pelagi horriſono fluctu miſcẽtur harenę:
Quotq; atomos fundit ſublatus in aera puluis:
Vel quot nubifero guttas irrorat ab axe
Sæpe notus:mox diſpoſitis circũ undiq; caſtris
Iudæos fines ſimul obſedere/uiaſq;/
Præcipueq; arces Solymarũ/& cõpita/& ędes:
Feſtaq; iam ſumpta pro libertate redibant
Annua/uere nouo uaſti ad primordia mundi:
Cum fermentatas fugiunt guſtare placentas
Moſaica de lege:ſacro ueſcuntur & agno

Iudæi/rogat æthereum nimis anxia regem:
Vt fugeret ſæuos urbis procerūq; tumultus
Magdalia obſcænos cum conuertiſſet amores
Ad caſtos Chriſti amplexus:& luce tonantis
Fulgeret/iam tartareis exuta tenebris:
Cui Ieſus:Solymis agnū celebrare neceſſe eſt:
Quod ſimul audiuit mater:præſaga malorum
Tantorum/ſubito ſic eſt effata dolore
Illachrymans:o nate meæ ſpes unica uitæ:
Maternas ne ſperne preces:niſi quid pater ultra
Imperet:hic maneas:& magna pericula uites:
Nā tibi quot tendant laqueos:quātaſq; minētur
Inſidias:noſti:caueas nate optime quęſo
Vrbis ab ingreſſu:nam ſi tibi forte ſiniſtrum
Acciderit:moriar ſummo compreſſa dolore.
At pius immenſum matris miſeratus amorem
Ipſe/& maiori diſcerpens anxia cura
Pectora/reſpondit:ſummo parere neceſſe eſt
Chara parens/& me mihi plus dilecta/parenti:
Tēpus adeſt:quo ſancta patris mādata faceſſam:
Et genus humanū redimam:iam uera patebunt
Dicta prophetarum:& noſtri myſteria curſus
Perficiā:quod mœſta parēs ſimul audiit:amens
Obſtupuit:gelido tabeſcunt oſſa tremore:
Et prætenta diu deſunt ſua uerba palato/
Atq; oculis lachrymę:tātus dolor occupat artus
Inde ubi poſſe datū eſt q̄rulas effundere uoces:

Flens miſerũ/tandẽ nate o chariſſime dixit :
Heu q̃ntis angor nũc mœſta doloribus?heu quot
Inſurgunt matri diſcrimina?ferre ſalutem
Nunc cupiens miſeris mortalibus/ ipſa pararem
Feſſa mori:cuperẽq; imas occũbere ad umbras :
Sed qui de nihilo cælum/terrãq;/creaſti :
Hanc multis te poſſe modis reparare ſalutem
Haud dubiũ eſt:patrem tecũ rogo:cui nihil uſq̃
Difficile eſt:alio redimat genus ordinẽ noſtrũ :
Aut tantis me pelle malis: & tempora uitæ
Claude meæ:tantos uideam ne mœſta dolores
Aut precor adde moras tanto ſpes unica luctu :
Si ſedet hoc animo:miſeram ne linque parentẽ
Quæ nequeat ſine te ueſci uitalibus auris.
Mitigat hunc tali natus ſermone dolorem:
Cum flerent tacitis uictæ mœroribus omnes.
Mater in hæc opus eſt ueniã diſcrimina : ut alti
Expediam mandata patris: qui ſumere carnem
Me uoluit:populũ ut tenebris & carcere clauſũ :
Iam redimã ſibi morte mea:iam ſiſte dolores :
Siſte tuos gemitus:uicta nam morte reſurgam
Immortalis/& immenſus:teq; alma reuiſam
Mater/& hos fratres:tali tũc læta triumpho
Victorem aſpiciens/ſummo & fulgore nitentẽ/
Omnia propelles animi tormenta dolentis.
His nati compulſa parens mœſtiſſima uerbis/
Conſenſit:uincunt & publica cõmoda curas/

Et patris imperiũ:multo tamẽ ægra dolore
Vndiq; cõprimitur:tacito & reſponſa uolutat
Pectore dura ſenis:fuerat quibus anxia ſemper:
Iãq; recedentis ſancta ceruice pependit:
Vberibuſq; genas lachrymis confudit:& imo
Edidit ignitos gemitus de pectore:& inquit.
Ipſe pater qui te quondã mihi tradidit:omnes
Amoueat luctus:& te mihi reddere curę
Incolumem:& nati ſeruet cõmunis amorem:
Et qui cuncta ſua ſeruat bonitate/benigne
Criminibus parcens: natum ne linquat inermẽ.
Ergo ubi complexu matris ſe ſubſtulit ægro:
Biſſex diſcipulis fulctus ueniebat in urbem
Chriſtus:legitimos rite ut celebraret honores:
Ioannem tunc & petrum præmiſit: & inquit.
Ite: & quo plenam intulerit quis præuius urnã
Ingreſſi/noſtro dominũ tum nomine/ ubi nam
Nos cum diſcipulis celebremus paſca? rogate:
Oſtendat: qui mox magnã uos ducet in aulam:
Atq; ibi ſollẽnes epulas/agnũq; parate:
Haud ſecus ac iuſſi faciũt:tum deniq; ſole
Occiduo ingreſſus tectum/comitantibus illum
Diſcipulis/Ieſus libauit dentibus agnum/
Agnus legitimus uerus:qui ſanguine poſtes
Tranſeat aſperos:prim ogenitoſq; trucidet
Aegipti:& ditis iam dura ergaſtula ſoluat.
Inde ubi p̃ſſa fames:peluim rex maximus undis

Impleuit manſuetus:& abluit ordine longo/
Exterſitq́ pedes etiam prædonis auari:
Gratia tanta inerat miti uirtuſq́ magiſtro
Quin etiã tantum obſequiũ cũ Petre negares:
Ni ſineres:regni expertem te iã fore:ut olim
diſceret eſſe humilis ſua cãdida turba minatus.
Inde nouũ inſtituit ſacrũ/admirabile munus/
Teſtamẽtũ ingens/decus & memorabile in ęuũ
Cunctorum mirabiliũ/quæ fecerit uſquã:
Id(fateor)uires noſtras excedit:& omne
Ingeniũ/dũ contẽplor:ſtupor occupat:& ni
Qui quondã brutæ ſuffudit numine aſellę/
Linguã in uerba mouẽs/muto det uerba palato:
Hærebit carmen:tremefactaq́ plectra tacebunt:
Ipſe igitur:ſeruit cui pagina noſtra:ſit auctor.
Pinguibus is ſummo conuiuia ſancta ſaginis
Monte locãs/omni ſe aleret quibus orbe timẽtes
Rex regum/deus & uiuens in ſæcla ſacerdos/
Tunc panẽ accipiens/benedixit ſanctus:& ore
Quo quõdã ex nihilo terrã/marẽ/&ęthera finxit:
Ornauitq́ uagũ ſtabilis recto ordine mundum
Ipſe opifex propriũ corpus dedit eſſe: relicta
Senſibus illudens forma apparente: ſupræmum
Quæ ſuſpenſa ſacrum uelet/mirabile dictu:
Nãq́ ut ſuppoſiti quondã pater ille Iacobi/
Senſibus eſt cũctis fruſtratus:uox tamen illi
Sola dedit uerũ indiciũ: ſic fallitur omnis

Senſus in hac menſa:& ſolo ſtant omnia uerbo:
Quo ſtat quodcũq; eſt terris/cęloq; profundo:
Quandoquidẽ ſcriptũ uitale pane reliquit
Se dudũ mundo effuſum uocalibus auris.
A eternũ quod ſe diuino in pectore nouit/
Soli conſpicuũ patri:cui funditus hæret.
Ergo ita diſcipulis æterna in fœdera corpus
Mandendũ dedit ipſe ſuũ/& ſuper æthere panẽ
Quo ſuperi ueſcũtur:ineſt ibi Chriſtus:Olympo
Quãtus adeſt/ſummi addextrã ſine fine parẽtis:
Pocula dehinc uini cunctis ueneranda propinãs/
Hunc ſibi fundendũ aſſeruit bonus eſſe cruorẽ/
Illorum pro uitali mundiq; ſalute:
Allatum ſed enim gemino uectore racemum/
Vt muſto efflueret:iamiã expreſſurus erat: quo
Nudus lethæo daret ebria membra ſopori:
Cauponeſq; alios hac ebrietate bearet.
Hęc ſunt immenſi myſteria numinis:hæc ſunt
Sacra poli:quibus aſtriferos penetrare receſſus
Iam liceat/natos fieri/hęredeſq; tonantis
Diſcipulos Ieſu/cum poſteritate per æuum
Hoſq; ſacerdotes primos/tantiq; potentes
Muneris inſtituit uerbo accedente miniſtros
Chriſtus:diſcipulo tunc ſe prædixit ab uno
Prodendũ turbis hoſtilibus:inſuper addens
Illum ſecum epulas ab eadem ſumere quadra:
Continuo turbati animi/iam quiſq; timentes

Immineat ne forte ſibi tantum ſcelus: omnes
Percontati ipſum(quē nil latet orbe)magiſtrū:
Hæſerunt: tum Ioannes(nam proximus illi
Diſcubuit)ſuaſu Petri/quis nam foret: ut clam
Diceret: orauit: panem is cui traderet ipſe
Intinctum: quē mox Iudæ porrexit: opuſq;
Quod faceret: iuſſit/iam maturaret: ut ergo
Ioannes tam grande nephas aduertit auari:
Expauit: ſubitoq; altus dolor impulit: ut ſe
Deiiceret gremio Ieſu: preſſuſq; ſopore
Vidit ſupræmi myſteria multa tonantis.
Vt uero e ſancta diſceſſit proditor aula:
Triſtia mellitis demulcens pectora uerbis/
Admonuit reliquos Ieſus: ſe fortibus armis
Munirent fidei: ſua dū tormenta uiderent:
Nam fore: ut immenſis agitentur fluctibus oēs:
Et fugiant iamiā ad ꝓpria: & ſe qſq; relinquāt.
At Petro pariter ſe malle occumbere morti
Coram pollicito/ter ſe prædixit ab illo
Sub gallicantū trepidanti uoce negandum.
Et pacē: mundus quā non habet: ætheris alti
Legauit ſanctis hæredibus/altaq; amoris
Munera ſupræmi: quo mutua gratia iungat
Ciuibus æthereis fratres: cæloq; reponat:
Hoc ſolo legem impleri: ſoloq; ſuorum
Secerni uitam/a populis toto orbe prophanis/
Diſſeruit: ſolūq; nouo ſibi fedœre ſanxit:

Ardua præterea a furiis diſcrimina uitæ
Prædixit mundi diris:ſua gaudia luctu
Confundenda atro:& tandem ſpe triſtia certa
Corda leuans/patris ætherei/iam certus eundi
Præſidio clemens/ſua pignora chara reliquit:
Hinc tectis noctu egreditur pius / undiq; cinctus
Diſcipulis:qui certatim glomerantur euntis
Atq; herent lateri:at pauidos regit ipſe:fouetq;:
Vt Cia/ſi liquidas Miluū uolitare per auras
Suſpiciat:pullos circunuocat:agmine denſo
Ecce ruūt trepidi ad matrē:& ſe cōdere certāt
Suſcipit:& paſſis tutos fouet illa ſub alis.
Surgit Oliueti medios porrectus in ortus
Mons ſacer:& uallem cingens radicibus imam
Judicii/ſanctam proſpectat deſuper urbem
Impoſitam ſpeculæ:terris quā prætulit author.
Viuificam populis effunderet unde ſalutem:
Huc genus oē hominū cūctis de partibus orbis/
Quotquot ab ātiquo quōdā fluxere Prometheo
Idem puluereis ſtatuit reuocare ſepulcris/
Rex regū/& ſanctus poſt omnia ſæcula iudex.
Hortus erat mōte in medio: quo ſepa redēptor
Ducere diſcipulos:patrēq; orare ſolebat:
Huc ueniens fratres uerbis ſolatus amicis/
Orare admonuit: Petro & natis Zebedæi
Aſſumptis: hinc ſe Paulum progreſſus ab illis
Corripit:& pauido tremefactus pectore adorat

Pronus humi: & p̃ris mœſto lachrymabilis ore
Auxilium implorat: precibuſq; hęc talibus infit.
O pater aſtriferi dux & moderator Olympi:
Qui cælũ immenſo mœtiris & omnia palmo
Omnipotẽs: cui uelle ipſum eſt/ qđ poſſe ꝑ ęuũ:
Si mũdũ ex nihilo/terrã/mare/& ęthera quõdã
Finxiſti: & propriis ornaſti animalibus ultro:
Quo magis ah poteris cæli reparare ruinas?
Humanum reuocare genus/paceq̃; per orbem
Fundere frugiferam/ noſtræq; ignoſcere uitæ?
Conſilium ſi iuſtitię ſanctum atq; ſeuerum
Humani in poenas ſceleris mea fata requirit:
Me miſerũ: quæ non rapui perſoluere cogor.
Si quia difficile eſt multo magis: impia corda
Ad ſuperos reuocare gradus: q̃ condere mundũ:
Cogor obire necẽ: ſignis nonne aſpicis? & ui:
Verborũ/quot reſtitui tibi pectora? quot iam/
Inq; dies poterunt accedere? Iudæorum
Duritiã noſti: quorũ ruet agmine magno
Omne decus: noſtræ actutũ pro crimine mortis:
Sin ſemen/ſeges ut creſcat mihi culta: neceſſe ẽ
Forte mori: fiat tua ſancta & certa uoluntas.
Talia cõmemorans/curis atroq; dolore
Carpitur uſq; adeo: ut nequeat cõſiſtere: ſurgit
Anxius: & fratres ſomni caligine preſſos
Excitat; atq; iterũ prono ſe pectore fundens/
Hæc ait. alme pater miſeras ne deſpice uoces

Inſontis nati:quē tantis undiqꝫ preſſum
Aſpicis ærumnis:fateor/prætentus amore
Virginis hanc carnē aſſumpſi/reuocare paratus
Humanū genus ad ſuperos:iam cuncta peregi:
Oſtendi æthercam populis/mundoqꝫ ſalutem
Pauper/& extremis miſer ipſe laboribus/heheu
Hactenus inquantis fuerim uerſatus ab ortu
Virgineo noſti tenebris:ut iuſſa parentis
Exequerer:ſolū hoc ſaltem quod deniqꝫ reſtat:
Mi pater amoueas:fieri modo poſſit:amarum
Hunc calicē/mortēqꝫ crucis uenerande repelle.
Aſpicis heu quanto cruciatu effundere certant
Hanc animā?heu noſtrū ſitiunt toto ore cruorē:
Proqꝫ bonis tādē innumeris/hęc pręmia reddūt
Artibus his liuor nunc utitur: ecce rebellem
Diſcipulum fecere ducem ſceleriſqꝫ neciſqꝫ:
Iam properāt:noſtra & furtim ueſtigia quęrūt:
Auxilii expertem inuenient:a talibus ergo
Eripe me pater alme malis:miſerere petentis
Extræma iam in morte tuæ certamina dextræ.
Dixerat:& cum non poſſet nimis anxius ipſo
Stare loco:ſurgit rurſus:preſſoſqꝫ ſopore
Diſcipulos paſtor bonus excitat:& monet oēs:
Vt uigilent:ne tententur ſua pectora:& orent.
Hinc ꝓſtratus humi precibus ſupera atria pulſat.
Mi pater:heu quo me mors importuna dolore
Afficit?heu quantis tabeſcunt intima curis

Corda?pauor carpit miſerũ præſagus:& horret
Corporis infirmus ſenſus:miſeranda futuræ
Dũ meditor tormenta necis/fœda oſcula fratris/
Vincla/quibus miſer aſtringar:rapterq;:traharq;:
Et colaphos/alapas/duris laceranda flagellis
Mẽbra diu/& torquẽda pedes a uertice ad imos:
Quid teſtes memorem falſos?& crimina iniqui
Iudicii?quid ſputa/lutum/uelandoq; panno
Lumina/ridiculos trabeati regis honores
Spinea ſerta/ipſi penitus figenda cerebro?
Mors mea demiſſo eſt tãdẽ exquirenda latrone:
Moxq; ut feſſa queant requieſcere mẽbra:cruẽtę
Suſpendent extenta cruci:clauiſq; retuſis
Transfigent palmas/ſimul & ueſtigia:fellis
Pocula miſcebunt ſitienti:& turbine magno
Impellent triſtis animã morientis ad umbras:
Cuſpidis ut taceã uulnus miſerabile:quæ nec
Extincto parcet lateri.ſtat ſpiritus ipſo
Numine prõptus/ad hec ſimul&maiora ferẽda:
At caro ſuccumbit tantis infirma procellis:
Tu pater o miſerere mei:nõ deprecor ipſam
Mortẽ/ſed dirũ mortis genus.heu quibus angor
Vndiq; turbinibus?mom̃eta p omnia mors mẽ
Occupat:o utinam foret heu mea uita futuri
Neſcia ſupplicii:nec me minus anxia mater
Affligit:ſaltem miſeræ miſerere parentis
Quę remanet:ſummoq; parat ſua corda dolori:

Qualis ab humanis ferri penetralibus unquam
Haud potis eſt:noſti:quanta ſuccenſa tonantis
Igne/ſui nati ſancto afficiatur amore :
Quod deus eſt:& quod nulli pietate ſecundus:
Et quod uirginea carnem de carne recepit
Vnicus a ſuperiſq; datus ſibi filius oris
Ah poterit tantis ſupereſſe doloribus unquã?
Ni tu ſuccurras?utinam foret inſcia/& abſens:
Præſentis carpent animã tormenta dolores/
Vulnera/crux/claui/& liuentis dura coronæ
Spicula/fel/cuſpis lateri mergenda & harũdo:
Ah pater accedat Gabriel:ſeruetq; parentem :
Quiq; miniſteriũ noſtro Paranymphus ab ortu
Prębuit:intantis ne deſerat ecce procellis:
Immo alios tranſmitte illi pater optime:ut oĩs
Perferat heu pœnas patientius:atq; ſuperſit.
Vocibus his patrias mœrens orabat ad aures
Ieſus:& ignitis gemitus ſingultibus altos
Miſcebat lachrymans:tantiſq; erat undiq; ꝑſſus
Fluctibus:& tantos uerſabat corde dolores :
Sanguineus toto ut flueret de corpore ſudor.
Cũ pater ingentis ſumma miſeratus ab arce
Aerumnas nati/ſeu cornibus arietis inter
Vepres hærentis dudũ/aut ſine luce iacentis
Solis/& occaſum triſtis obeuntis ad umbras/
Conciliũ uocat ęthereum ad ſua limina/& ipſos
Manes:quos Erebi triſti ſtatione coercet

Impius ætherei quondã ſubuerſor Olympi:
Atq; ait. omnipotens terris en filius imis
Angitur o ciues: per quẽ cælũ omne creaui/
Et terras: per quem finxi diſcrimine miro
Sidera cuncta polo radiantia/ſolis & almum
Lumen: & ętherea per quẽ uos ſtatis in aula/
Siderei proceres: nobiſq; hęretis in æuum/
Vrbs antiqua/domus uariis ſuffulta columnis:
Humanam per quem ſobolem terreſtribus oris
Impoſui e uili excitam ſuper omnia limo:
Tradita quis quondã mea uinea culta colonis/
Mordaces uerſa in ſentes/pro dulcibus uuis
Labruſcas facit agreſteis: ipſaſq; coloni
Diripiunt: quam ſæpe meos miſi ipſe miniſtros
E pleno qui muſta lacu quandoq; referrent?
Ah quoties duris nimis impia turba flagellis
Affectos/ poſt multa neci tormenta dedere?
Aethereos noſtis me decreuiſſe receſſus
Inſtaurare hodie/& triſteis fulcire ruinas;
Filius ut uiuos lapides lapis ipſe proteruo
Tundendus ferro/& dura poliendus amuſſi/
Imponat cęlo ſtructuræ in parte locandos:
Deq; lacu humano iam uina liquentia fundat:
Inſidias ergo inuoco/quẽ deniq; ad illos
Demiſi/credens charum/cunctiſq; uerendum/
Innumeras/coniurati letho dare tendunt:
Ille autem ſancto cupiens parere parentis

Imperio: duro expectat certamine pugnam.
Audite ah quantis miſerabilis ipſe querelis
Auxilium imploret: miſeret pereuntis: at urbē
Turbine concuſſam placet inſtaurare ſuperbo:
Nunc quæ cuiq; animo eſt ſentētia dicite: ſit ne
Parcendū nato? domus an reparanda ſub aſtris?
Dixerat: & uerbo tremefecerat aſtra potenti:
Milia cum quotcūq; alto ſuper æthere regnant
Cælicolum: prono cecinerunt pectore: & ipſum
Laudibus æthereis cecinerunt altitonantem:
Inde Michaeli princeps qui maximus aſtris:
Impoſuere uices certas uno ore loquendi:
Iſq; ubi ꝓnus humi eſt & ſtare & dicere iuſſus:
Talibus alloquitur regēq;/patrēq;/deūq;.
Senſimus innumeros gemitus pater optime nrī
Luminis & domini: ꝑ quē ſumus: unde negatas
Elicimus nobis lachrymas: & fletibus ora
Irriguis fœdare iuuat: dum cernimus altos
Aetherei regis dura inſtatione dolores:
Dum tamen innumeris labefactā cernimus urbē
Cladibus æthereā/deſolatoſq; penates
Ciuibus: & clarā quā tu tibi maximus ædem
Fundaſti/abſumptis oſtendere nuda columnis
Atria/diſiectas moles/& diruta tecta:
Oramus: tantas placeat reparare ruinas:
Quandoquidē tua tēpla decet cæleſtibus oris
Integra/& erectis æternum ſtare columnis:

Quapropter lapis ille tuus tundetur abundè
Ictibus:in terris reprobetur:ut ordine recto
Ad ſuperos fiat gemini iam parietis ingens
Angulus/& lapides referens ad ſidera uiuos/
Inſtauret quicquid ſuperis cecidiſſet ab aſtris:
Tunc cũ fratre epulis ueſci/uituliq; ſaginis
Dulcibus amiſſo me poſteriore iuuabit:
Hæc ait:atq; humiles concordi uocę loquenti
Aſſenſere omnes:regi & ſua thura dedere.
Primus tunc hominũ ſator a caligine cæca
Carceris/anguſtis ubi ſæcula plurima in antris
Merſus multiplici fuerat cũ prole/parumper
Erectus cælo/lachrymiſq; cadentibus ultro
Ora rigans/tales effudit ad æthera uoces
Aethereas pudet indignũ me tollere ad auras
Lumina:dũ meditor quãta te ſumme creator
Impietate olim offendi:qua propter ab hortis
Expulſus merito felicibus/ærumnoſas
Heu lachrymis ualles oppleui:&mortis ĩ umbris
Iampridem demerſus ago mea triſtia fata:
Triſtia/ſed ſceleri(fateor)deus optime longe
Imparia/& miſeris indulgentiſſima inantris:
Quandoquidẽ nato ipſe tuo ſum cauſa laborum
Tantorũ:dũ ſupræmis de montibus unam
Quærit ouẽ:in miſeras q̃ mox cẽteſima lapſa eſt
Valles:dũq; meus fieri uult filius ortu
Mortiferæ carnis:patri ſibi ut ipſe renaſcens

Eſſe deus poſſim:noſtra hanc propagine uitem
Agnoſco exeruiſſe caput:qua uinea dudum
Degener/ambroſios referat ſup æthera fructus:
Floruit:effudit turgenteis palmite gemmas:
Purpureus iam maturas color inficit uuas:
Reſtat:ut & prælo & pedibus calcetur:ut inde
Vina fluant/referenda nouos ſup aſtra per utres:
Sic o ſic referet tua uinea culta racemos:
Sic o ſic tandem grandi placatus ab ira/
Hanc ſobolé aſſumes noſtri memor:unica nobis
Spes manet:ut iã maturet deſcẽdere ad umbras
Certa ſalus/& tartareos abrumpere uectes.
Tum uero ex imis ſublatus ad æthera clamor
Compedibus miſerũ miſerabilis expectantum
Ambroſiam Solis cæca in caligine lucem:
Iam noſtri miſerere pater:miſerere precamur:
Heu longas abrumpe moras:miſerere piorum:
Quoſq; tuæ finxere manus deus eripe letho.
Vocibus his hominũ ſortem miſeratus iniquam
Rex ſuperũ/ſummi & iaculo trãsfixus amoris/
Conſpicuum longe Gabrielem accerſit:& atris
Deuinctum mortis laqueis demittit ad agnum:
Hortariq; iubet:patris ut mandata faceſſat
Aetherei:& pœnas obeat patienter amaras:
Sit qbus ad ſummos iamiã admittẽdus honores
Rex ſuperum/ſolio ſecum in diuiſus eodem:
Nouit enim triſtis hominis pater eſſe querelas

Virginei/uituli iam procumbentis ad aram
Mugitus miſeros:ſed natum ſponte ab olympo
Demiſſum/patris imperiis parere paratum
Inde omnes ſuperos hortatur:ut omnibus horis
Aſſiſtant matri:& miſeram ſolentur amantem:
Dum de tartareo redeat ſua uita profundo.
Haud mora:deſcendit Gabriel:Ieſumq; dolore
Immenſo ſingultantem uidet/oraq; triſti
Sanguine fœdãtem/proſtratũ & corpore toto/
Quem: licet indignam miſeratus pectore ſortẽ/
Vix triſtes cohibet gemitus:tamẽ ut mala mẽtis
Mitiget attonitæ præſagia:fronte ſerena
Lætitiam ſimulans/prono ſic pectore adorat.
Salue uera ſalus mundi/lux alma piorum
Cælicolũ/patris ſapientia/gloria/uirtus:
Eſto animo forti:pœnaſq; euince ferendo/
Et tormenta breuis prorſus fugientia in horas
Vnde queas immortali diademate cingi:
Et mutare omnis diuina ingaudia luctus:
Gloria quanta tibi eſt claro acceſſura triumpho
Inſuperis;animo circunſpice:te fore regem
Cælicolum iuraſſe patrem memor eſto per ęuũ:
Te ſuperi ſuper aſtra canent:te pectore prono
Humanũ colet omne genus:te triſtibus umbris
Vſq; trement hoſtes:redimes tu morte cruenta
Humanam ſobolẽ uictor:cæloq; repones/
Inſtaurans regnũq; tuũ/regnũq; parentis:

Poſt durũ interitũ uictoria maxima/ & ingens
Gloria te manet æternũ:ſint præmia tanti
Grandi:ut immenſos ſubeas iam ſpõte dolores:
Sed quid ego?nõne ipſe iubes?nõne ipſe paréti
Concors ſponte ſubis morté?ſurge inclyte: forté
Fortia facta decent:matré ut ſolemur ab aſtris
Cõmiſit pater:& lætas ſeruemus in horas.
Dixerat:ut flãmis diuini accenſus amoris
Ieſus/& exoptans iam mortis obire dolores
Prædurae immenſos/ſurrexit:& inde uolucrem
Dimittens/patri ſe ut cõmendaret/& ipſis
Ciuibus orauit iuuenem:uolat ocyor euro
Ille:& ſidereis raptim ſuperaſtitit aſtris.
Iãq; propinquabat Iudas:ſecũq; cohortem
Ducebat Chriſto infeſtam:cũ protinus ipſe
Diſcipulis ſomno excitis/paruo grege cinctus
Paſtor/ab immundis tulit oſcula perfida labris
Armatiſq; uiris ſe ſe obtulit obuius ultro.
Res mira:ut uerbo intonuit qué queritis? oẽs
Continuo cecidere retro/ceu fulmine adacti:
Nec tamen iccirco reuocarunt liuida retro
Pectora:ſurgenteſq; iterũ inuaſere uolenté:
Ipſe capi tunc ſe dominus permiſit:inertes
Tunc Petrus ſocios hortatur: & arripit enſem
Fulmineũ;ruit & medios defenſor in hoſtes
Inclytus:& ſeruo abſcindit trux principis auré.
Quem bonus increpuit Ieſus/non talibus eſſe

Auxiliis opus effatus:cum poſſet ab alto
Milibus accitis hoſtes proſternere Olympo
Continuoq; aurem abſciſſam inſtaurauit: at illi
Crudeles ſceleri inſtabant/cæciq; furore:
Impete tunc uaſto uinctum traxere per atrum
Torrentem cedron:certatim & quéq; iuuabat
Verberibus calcare reum:cui nulla dabantur
Ocia:diſcipuli tunc diffugere per umbras:
Pone tamen Petrus/minor & Zebedeius ibant
Attoniti furtim:donec traheretur ad ædes
Pontificis reus a ſocero/decus oris honeſti
Fœdatus ſputo/atq; alapis: colaphiſq; cruentis:
Eſt ubi poſt falſos teſtes/barbãq; reuulſam/
Carcere clauſus inops/duræ aſtrictuſq; columnæ:
Eſtq; ibi ab innumeris laceratus mẽbra flagellis
Prorſus ad extremã nocté: & tortoribus intus
Laſſis mox ederant alii ſuccedere iuſſi.
Interea ſolum trepidus cincunſtetit horror
Ioannem: qué nocturnę ſub lumina lunæ
Inuaſere:tremens fugit: clamydéq; relinquens/
Se nudũ pauidus rigidis ſubtraxit ab armis:
Et celer ad miſerã ſe contulit inde parentem:
Quæ confecta metu/grauibuſq; exterrita curis/
Inſomné thalamo nocté miſeranda trahebat:
Vberibuſq; genas lachrymis(ſi forte parentem
Flecteret æthereũ)ſic ore effata / rigabat.
O pater omnipotés/bonitas qué ſumma coegit

Aethereũ humano generi demittere lumen/
Ancillæ ingremiũ:quod nõ meruiſſe fatebor:
Eſto bonus nato ipſe tuo:qui cũcta gubernas
Quiq; hominis memor es:limo quẽ fingis inãis
Nec ceſſas tumidos largus nutrire rebelles:
Cõmunẽ natũ pater o ne ſancte relinquas:
Qui nũc ut iuſſis obtẽperet uſq; paternis:
Subtrahit immenſas uires ſibi:ſeq; relinquit/
Seruilẽ aſſumens formã: & moderator olympi
Sacrilegi ſe more capi permittere inermem.
Tu pater incipias defendere fortibus armis.
Heheu quis miſeros queat enumerare labores?
Quos ex quo fœno iacuit:patienter in orbe
Sanctus obit/nudis pedibus deſerta peragrans/
Atq; omneis late populos:qua Mœdia iungit
Se Syriæ:atq; Arabes qua ſe flectuntur Oræi:
Sidonii Tyriiq; maris qua tractus in ipſas
It Cylicum terras:docuit dum regna/tuumq;
Nomen:& æthereã prædixit adeſſe ſalutem.
Nõne ſatis foret id? quare hęc obliuia ſurgunt
Inſontis nati?quem tot iam caſibus actum
Aſpicis/immiti nunc ſponte occurrere morti:
Ingens te fateor cogit clementia/amorq;
Ingenus humanũ:nati tamen æthere ab alto
Demiſſi memor in terras(tibi nãq; poteſtas
Summa)uiam inuenias aliã pater alme ſalutis
Humanæ;meq; in tenebras demitte cruentas:

Me face ſæua pati tormenta/atroſq; dolores:
Et nato iam parce tuo:& ſi tradere morti
Stat tandem:comitē nato detrude parentem:
At rata ſit ſemper tua ſancta & certa uoluntas
Cūq; his auxilium ſummi imploraret olympi:
Ianua pulſata eſt:plenæ & ſub lumina lunæ
Agnitus heu trepidante gradu Zebedeius ipſe:
Quem ſimul aſpexit:tanti præſagia luctus
Attonitæ fecere fidem:& ſic mœſta locuta eſt.
Quid fuga Ioāne ſibi uult?ubi filius?hora
Hæc ne tenebrarū/& luctus/atriq; doloris:
Ille ſed uſq; tremēs lachrymis ita fatur obortis.
Heu miſeranda parens iam dudū orbata ſereno
Lumine/terribili Ieſum tenuere tumultu
Infenſi:& multo pœnas cū ſanguine poſcunt:
Ora uenenatis acuerunt impia uerbis/
Sanguine ſuffuſi linguas/atroq; ueneno:
Diſcipuli fugere omnes:tremefactaq; terror
Pectora præcipitauit. ego ut fortuna uiderem
Qualis eat:longe ſeruans ueſtigia/uix me
Eripui(fateor)fugiens:miſer ipſe cruentis
Vix potui ſuperare malis:furor impius omnis
Præcipitat:rabieſq; ſuas trux excitat iras.
Vix ea fatus erat:ſubito cum preſſa dolore
Infelix mater/ miſeræ ſuccurrite:dixit:
Linquor enim:nigraq; oculis caligine preſſis
Exanimis cecidiſſet humi:ni membra ſorores

Iam collapſa

Iam collapſa ſuis tenuiſſent nixibus.inde
Exoritur gemitus tectis:miſeroq; tumultu
Atria complentur:feriunt ſua pectora palmis:
Vnguibus ora notāt miſerę:lacerantq; capillos:
Triſtiaq; aſtrifero tendentes bracchia cælo/
Ingeminant plangore manus:ululātq; p umbras:
Haud aliter:quā ſi patriā ferus obruat hoſtis:
Incendenſq; domos perimat pueroſq;/ ſeneſq;:
Et rapiat teneras forma præſtante puellas:
Et fortem uideat pugnæ occubuiſſe maritum
Vxor/& alliſos pueros mœſtiſſima mater
Seruitiūq; timens clamorem effundat in auras.
Tum uero ut primū rediit: ſeſeq; recæpit
Mœſta parēs: thalamo fudit lachrymaſq; p̄ceſq;
Sola ſuo:& pſtrata humiles dedit ore querelas.
Si pater es nato non exorabilis ipſi:
Qui tibi ab æterno fuit unicus/aſpera lethi
Intormenta uocans/quod tu tibi pignus amoris
Erigis immenſum/ſolio indiuiſus eodem:
Quid mihi ſperandū eſt miſeræ? q̄ uilis inmia
Heu terris ancilla feror:tamen ordine uerſo/
Quandoquidē ſeruū extinctū ut uitalibus auris
Suffundas: natū morti damnare cruentæ
Non dubitas forſan noſtri miſereberis ultro.
Me miſeram:fateor noſtræ te ſancte ſaluti
Conſulere:& melius q̄ me mihi uelle:ſed alto
Pectore dū meditor:ſunt o ſunt plurima tanti

Argumenta tibi medicaminis:omnia ſolo
Cum libuit iuſſu quot ſunt elementa creaſti
Quot terris uiuunt animalia/quotq; ſub undis:
Et quæcūq; uirent:lucent:uolitantq;:fluūtq;:
Cuncta potes:quæ uis:nihil eſt tibi deniq; factu
Difficile/aut ſcitu:qui conſpicis omnia pręſens:
Expedit humanam ſola hac ratione ſalutem
Expetere:at ſaltem liceat differre cruentos
Luctus:ſola mola eſt quā nunc peto:ſola dierum
Paucorū mihi iam magno indulgentia fiet:
Sin modicū uitæ ſpatiū & mora parua negatur:
Me miſeram:poterit ne parens mœſtiſſima uitā
Degere / poſt uitæ extinctū decus omne ſupre/
At ſaltē liceat fili mi pēdere pœnas (mæ:
Tecū:& tartareas tecū deſcēdere ad umbras:
Talia cōmemorās mœret: lachrymiſq; madētes
Caligant oculi:gelidus fluit undiq; riuis
Sudor:& e triſti ſurgunt ſuſpiria corde:
Inuenit & nuſq requiem miſerabilis ullam.
Iāq; effundebat croceos aurora colores/
Sidera diſcutiens cælo/lunāq; cadentem:
Atq; dies infanda aderat mœſtiſſima mater
Ioannem alloquitur triſtem/flenteſq; ſorores:
Ioanne æthereo multum dilecte magiſtro/
Participeſq; mei luctus releuate ſorores
Conſilio miſeram:nec linquite quā deus orbam
Deſtituit.ſaltem liceat chariſſime fili

Te uiuum aſpicere:hæc miſeræ ſolatia matri
Vltima ne prohibe:cui nūq̄ immenſa negaſti:
Heu quibus in tenebris latitas?uiuis ne parētis
Vnica ſpes miſeræ:furor impius heu timeo ne
Te dederit ſubito exitio:quem mitiget in te
Omnipotens utinā:& uertat tua gratia mentes:
Quid loquor?ad natū me ducite:tradita lucro
Hora meo ne diffugiat:ſic fata/ſorores
Educit ſecū: & nati ueſtigia quærit.
Ecce trahebatur magno impellente tumultu
Filius a Caiphe ſceleratis ſedibus/ora
Squallidus/& barbam/tinctoſq; cruore capillos/
Aſtrictus poſt terga manus/& colla catenis/
Cæſus & immenſum ſęuis pia mēbra flagellis:
Prefecti ut clarum fieret reus ante tribunal
Cæſarei crucis/atq; infami morte periret:
Hunc ſimul aſpexit mater miſeranda:repente
Exclamans/eſt ne ille meus?(nam flagra cruento
Puluere fœdarant uultus decus omne) ruinam
Præcipitem dedit immenſo compreſſa dolore.
Quis caſus numerare omneis queat ordine mr̄is
Afflictę?quis lethiferos recitare dolores?
Cum preſſis iam ſæpe animā exhalaſſet ī auras
Viſceribus:ni fata illi deus atra negaret/
Surgentis nati uitam in ſuprema reſeruans
Gaudia:proh durū exemplū:qui ſidera torquet:
Qui ꝓprio mūdū moderamine corrigit:heu quo

Nunc ſubit aſpectu?matrem uidet ecce iacentē:
Impetus at miſerum impellit:nec dicere quicq̄
Permittit:ſummo quatitur ſua corda dolore
Matris/ab innumeris laceratus mēbra flagellis:
Vt tandem traxere reum ad prætoria ſæui
Infenſiq; canes:iudex tum Pontius ille
Cæſareus/ iuſtū/inſontē/ & ſine crimine Ieſum
Conſpiciens/regi(Galilæum ut nomine ſenſit)
Herodi/magni Herodis qui filius horas
Tetrarcha extincto Galilæas patre regebat:
Et male conſultis Solymis tum forte manebat:
Tranſmiſit/tantam quærens propellere peſtem
Iudicii:tum turba ruunt infenſa:trahuntq;
Ad ſolium herodis:flentes ſed pone ſequuntur
Mater/& afflictę comites:quem tāgere non eſt.
Vt uero aſpexit:miris quem creſcere ſignis
Audierat:quem noſſe diu exoptarat:amore
Suſcæpit ſummo rex:& cum multa petiſſet:
Et ne ſancta ſalus iam cederet:ille ſileret:
Credidit inſanum:tacitoq; illudere certans/
Neglexit:uinctūq; tibi pilate remiſit
Infœlix:qui non uoces te ſancta monentis
Coniugis audieris:multis prius argumentis
Inſontem a rabidis uoluiſti abſoluere linguis/
Obteſtans te nolle pium damnare:manuſq;
Lauiſti innocuas.feſti & ratione celebris
Speraſti incolumen ſeruare/ uolens homicidam

Perdere:cui contra rabies ueſana ſalutem
Impetrat:ut mitẽ laceret:ꝑmat:& necet agnũ:
Tandem mẽtis inops prauos implere tumultus
Non metuis:nudũq; iubes cædi uſq; flagellis
Innumeris:donec laſſis cædentibus omnes
Rumpantur uenæ:renouentur & ulcera noctis:
Et quoniam regem ſe dixerat:ipſe coronam
Languenti imponis capiti/proh ſentibus atris
Conſertam ſyriis:trabeatoq; undiq; regi
Circunferri alapas pateris/uelataq; panno
Lumina torqueri/& fœdari ſanguine uultum.
Heu ſpinæ caluam penetrant:tangũtq; cerebrũ:
Nec ſatis: immenſum furit implacabile uulgus:
Affigiq; cruci nimio clamore rebellem
Expoſcunt regem:tuq; impie fers ſceleratum
Iudicium iam ſponte tua:ſæuũq; tribunal
Edidit:affigenda cruci pia membra cruentæ.
Ah miſer?ah quanto pœnas dabis ipſe tremore?
Cũ quondam ſummo in ſolio apparere potentẽ
Aſpicies regem:cui nunc mala tanta paraſti:
Quid rabido tunc ore lupi/ſcelerataq; dicent
Turba canũ? cupient tanto ſe abſcondere regi:
Cui nunc illudunt:& ſpinea ſerta faceſſunt.
Tum uero ingenti proceres ſua pectora cõplent
Lætitia:dirũq; probant clamore frequenti
Iudicium:tantũq; nephas uerbiſq; manuq;
Expediunt alacres:uelut inſatiata luporum

Agmina ſi plenū inueniant ſub noctis ouile
Incuſtoditū tenebras:pecus omne cruento
Ore necant tacitum:nūq̄ & prius inde recedūt:
Quā iaceat paſſim iugulo pecus omnis aperto.
Continuo feſſis cædri de robore textam
Imponūt humeris clauē omnipotētis Olympi
Et ſolium toto quo regnaturus in orbe eſt:
Et Sceptrum ſolēne crucem.fert filius ultro
Ligna humeris:patri ęthereo quibus hoſtia fiat.
Tum uero exoritur clamor:ruit undiq; uulgus
Viſendi ſtudio: & miſerum premit:oraq; fœdat
Sacra luco:quibus & ſuperi per ſæcula gaudent:
Quandoquidē obductus radios Sol nubibus atris
Cōprimit:& mediis confunditur ecce tenebris:
Heu cuperet mater:nequeat cū tangere: ſaltem
Aſpicere informē/& liuentia mēbra cruentum:
Turba canū prohibet:multis ſe milibus infert:
At ſemper turbata repellitur.heu quibus illam
Affligi credas cruciatibus?eſt ne dolorem
Qui ualeat tantum calamo perſcribere? natum
Aſtrorum cæliq; ducem/tot pendere pœnas/
Sumere cūq; tot his opprobria maxima ſentit:
Nec ſibi phas:ſaltem uerbis releuare dolores:
Nec modo non ulcus ſinitur tractare:nec ipſum
Cernere mœſta poteſt/tāta & nūc obſita luctu.
Continuo iuuenis Zebedæius/atq; ſorores/
Diuerſa duxere uia iam luminis orbam

Aetherei ad triuiũ:qua ſaltem poſſet euntem
Aſpicere/& ſuprema illi mox dicere uerba:
Vt uidit tamẽ ingenti iam pondere preſſum/
Vndiq; ſanguineis rorantem corpora guttis/
Sentibus & diris cinctum caput:ipſa repente
Linquitur:atq; animã triſtẽ dolor arduus angit:
Ea iacet in tenebris: donec ſua pectora laxet
Spiritus:ingrato & reddat compreſſa dolori
Mẽbra:qbus uires pluſq̃ queat ægra miniſtrat:
Vndiq; cõpreſſum natũ ut comes uſq; ſequatur.
Extra urbem medio ſurgit caluaria rupes
Margine terrarũ:triſteis ubi corpora pœnas
Supplicio dãnata dabant:huc turbine magno
Traxerunt agnũ innocuũ/in quæcũq; paratum
Tormenta/& tacito ſuſpiria nulla trahentem
Corde/nec hoſtili tentantem obſiſtere turmæ:
Et geminis mediũ fixere latronibus hunc/qui
Iudicio rex magnus oues diſtinguet ab hædis.
Proh ſcelus infandum ſpoliant: nudũq; uerẽdis
Coram conſtituunt:hærentia undiq; ueſti
Vlcera ſic renouantur.habet nimis anxia mater
Velamen capitis:femoriq; obducit aperto
Mœrens:obſequiũq; ipſum permittere nolint:
Ni deus id iubeat:ſed protinus agmine magno
Corripiunt:figuntq; cruci:palmaſq; retuſis
Suſpendunt ſanctoſq; pedes/gens impia clauis:
Defluit inde ſacer ſanguis:riuiſq; cruentas

Abſtergit maculas:& liuida pectora ſanat.
Tum pius implorans ueniam/ pacēq; nephādis
Hoſtibus/ad patrem direxit lumina:& inquit:
Parce pater tanto ſceleri:quod ſcilicet omnes
Ignari faciunt: nec tanta pericula norunt:
Vndiq; conſurgunt conuicia & undiq; clamor:
Et latro qui lateri pendebat forte ſiniſtro/
Illudens agno innocuo/mala multa precatur/
Increpat hūc dexter:mœſte & lachrymabilis ore
Se tibi cōmendat Ieſu pie:tuq; benigno
Suſcipiens has corde preces / das pignora nobis
Certa nimis largæ bonitatis/& omnibus ad te
Fluctibus a pelagi fugientibus:impia ſed ſe
Durant corda canum:miſeroq; illudere certant/
Sortiti ueſtes coram:iamq; anxia mater
Suſpicit heu clauis fixum/tantoq; dolore
Cōpreſſum: quantū nequeat comprendere qſq̄:
Deficienſq; cadit/lachrymātia lumina claudens:
Excitat inde dolor preſſam:cuiq; alme relinquis
Heu miſeram?dixit:cur uerba nouiſſima fili
Subtrahis heu miſerāde mihi?cur uulnera cerno
Tanta tuis membris?miſeram rape in oīa tecū:
Me face nate tuā comitari in ſecula mortem.
Talibus ignitos gemitus fundebat ab imo
Pectore:qui penetrant animā pendentis amarā
Qui dū diſcipulū aſpiceret:quā charus amabat:
Hæc ait:o mulier tuus hic iam filius eſto

Inde ad

Inde ad diſcipulum uerſus ſit & hæc tua mater:
Dixit:& æthereum tacitus rogat uſq; parentē:
Mitiget ut matris larga bonitate dolorem;
Sufficiatq; cruci ſolum pendere cruentæ:
Inde aliam effundēs uocem miſerabilis inquit.
Mi deus:heu quid me ſolum deus alme relinqs?
Et tandem exhauſtis uitali ſanguine uenis
Angebat ſiccas fauces ſitis: atq; petiuit
Pocula:cui myrrha mixtum porrexit acetum
Turba canum/iuſto non dū ſatiata cruore:
Cūq; piam guſtu linguam torſiſſet amaror
Aetherei mandata patris ſibi rite peracta
Dixit/& humanum iamiā genus eſſe redēptū.
Continuo tremuit tellus: magnoq; fragore
Concuſſit mortale genus:conuulſaq; ſaxis
Saxa:& præcipiti turres cecidere ruina:
Obduxitq; ſuos nigra ferrugine currus
Phæbus iter mediū peragēs:nec ab orbe ſororis
Quæ ſibi ab aduerſo currebat limite:claros
Contraxit radios:domini ſed morte cruenta
Mœrens/ terribili conterruit omnia luctu.
Tunc tandem agnouere nephas ꝑgrande lupoꝝ
Turba:ſuo exitio tamen impia pectora durant:
Iāq; reluctātes artus minus anxius angit (ctus:
Spiritus: urget enim miſerū mors horrida pe/
Lethifero pallore tepent iam lāguida membra:
Obducitq; oculos ſitus heu iam ſæpe micantis

Tum pius ingenti dixit clamore redemptor:
Iam feſſam cõmendo animã tibi : tu pater illã
Suſcipe. tartareos uectes tunc turbine magno
Spiritus omnipotens confregit:qui modos tãtis
Preſſus erat pœnis:tum demũ agnouit in agno
Dæmon terrificũ ſumma uirtute leonem
Compreſſus/duriſq; coercitus undiq; uinclis:
Decidit in pectus caput hinc morientis onuſtũ/
Flebile/ſed ſuperis mox delectabile in aſtris.

•M.Probi. Mariani Sulmonenſis Partheniæ Liber Quintus. Incipit

h Aec ubi ſigna uiri atq; atras ſenſere tenebras:
Attoniti in caſſum tundentes pectora pugnis
Impia damnabant ſpectacula/grande timentes
Exitium tanto ſceleri:triſteſq; redibant.
Interea matrem quo ſit compreſſa dolore
Inſpice:uel nimio fletu ſilet immemor:aut,ſic
Exanimata iacet:nihil ut uideat ue:ſciat ue:
Quid faceret iuuenis Zebedæius/atq; ſorores/
Mœſtaq; quæ ſummo Ieſum dilexit amore

Magdaliena:oculis laxarant frena ſolutis:
Et gemitus triſtis fundebant pectore ab imo
Vix tandē oppreſſos recepit mœſtiſſima ſenſus
Mater:& uberibus fœdat ſua fletibus ora.
Ecce autem magno ueniebat ab urbe tumultu
Turba canū: ut qm̄ populo uenerāda ꝓpinquāt
Sabbata:deiicerent imis damnata ſepulcris
Corpora:tunc mater ſummo turbata dolore
Quid faciat neſcit/metuens peiora perempto:
Cruribus effractis dextrū ſimul atq; ſiniſtrum
Dant letho:tumuliſq; ruunt:tū deniq; Ieſum
Quęrentes ſimili extinctū damnare ſepulcro/
Flexa gēu/atq; humili lachrymātia lumina uultu
Effundēs genitrix/p̄cibus ꝓpria arma capeſſens
Alloquitur:raucaq; rogat ſic uoce furentes.
Heu fratres miſerę ſaltem ſolamina matri
Vltima ne prohibete:precor:per ſiqua tonantis
Gratia reſtat adhuc: nati ne frangite tantum
Crura mei:quem nunc animā exhalaſſe uidetis:
Parcite iam noſtris cruciatibus:omnia uobis
Si meritus tormenta meus:pœnas dedit: at me
Immeritam/& nulli aſcribentē crimina culpæ/
Innocuum dānaſſe meum/ſed pectore toto
Parcentem ſubito mea nunc in damna furori/
Ne tantis cumulate malis:ut ferre ſepulcro
Integra membra mei poſſim:ſic fata/cruentis
Spargebat lachrymis triſtis ſine ſanguine uultus.

Quid facis o regina?humili credis ne ſuperbam
Flectere duritiam ſiue impia pectora uultu?
Nequiq̃ tua uerba cadunt/lachrymæq;/preceſq;:
Nam tumidi innocuos/humileſq; odore ſupbi.
Continuo ſacrum uiolauit cuſpite corpus
Pendentis Ieſu:ſceleratam intorſit & haſtam
Longinus dextro lateri:penituſq; peremptum
Transfixit cor:& inde ſacer cruor omnia ſanãs
Pectora chriſticolum/riuis cõmixtus aquarum/
Fluxit:& uxorem coſtis eduxit apertis.
Hoc ſimul aſpexit mater:caligine cordis
Exanimata diu iacuit:transfixaq; telo
Tunc fuit ingenti miſeræ mens anxia matris.
Tum Ioãne animi ſummo exagitate dolore
Exprobans addis conuicia/quo furor iſte
Procedet ſcelerata manus?laceraſſe peremptũ
Nõ ſatis eſt:etiam matrem iam perdere uultis:
Ite procul:dabimus liuentia membra ſepulcro
Pendentis Ieſu.placuit tibi maxime cæli
Terrarũq; opifex/tantos arcere furores/
His dictis dare terga canes/Solymaſq; reuerti.
Excitat exanimem tandem pia turba ſororum:
Quæ mallet tenebris claudi ſua corda/nec ultra
Carpere uitales auras/aut membra fouere:
Heu quoties iam lapſa hodie?quotieſq; reuixit!
Vt tandem ſenſus rediere in membra ſepulti:
Anxius ille dolor matrem in ſuſpiria coget.

Iãq; oculis lachrymis multa ubertate negatis
Sanguineas rorat guttas:raucaq; peremptum
Voce uocat natum/reſponſaq; nulla ferentem.
O pater omnipotens quantis regina tenebris
Angitur?& quantis cruciatibus undiq; preſſam
Affligit mentem?cur non mala tanta parentis
Decreſcunt?nec dum finem das ſancte dolori
Immenſo?pendet clauis confixus in alto
Ieſus:quem nullo poſſunt deponere ferro:
Tẽdit ad heſperias ſol iam rapidiſſimus undas:
Quid faciãt?niſi ſctã tuę & bona numina dextrę
Implorent?miſeris carpant & pectora curis?
Interea ueniunt nutu omnipotentis ab urbes
Nicodæmus honos procerũ:quãdo ordine gẽtis
Iudææ princeps erat/at uirtute animoq; (tim
Diſſimilis:Ioſephuſq; Arimathicus: hii pia fur
Seruarant domini ueſtigia/ſanctaq; prorſus
Præcepta:& quoniam uitã reuocare magiſtri
Non poterãt:ſaltẽ obſequiũ nũc triſte parabãt.
Hos ſimul agnouit mater:uitale reſumpſit
Præſidiũ:& grates egit ſummo alma tonanti:
Admotis illi ſcalis/clauiſq; tenaci
Forcipe cõuulſis/exanguia membra regentis
Omnia depoſuere.parens iam liuida tangit
Vulnera:& exanimis rapit oſcula triſtia nati/
Iamdudũ interdicta ſibi:lachrymiſq; cruentos
Mœſta lauat uultus:ſuſpiriaq; ignea mittit:

Iamq; ſacrum Ieſu corpus ſepelire parantes/
Exili ſic uoce rogat:permittite mœſtam
Nūc explere animā:nec tam cito nobile corpus
Hinc auferte uiri:uel me ſimul ecce ſepulcro
Claudite poſt natū:ſumma hæc mihi gratia fiet.
Ad quam Ioannes:miſerum compeſce dolorē
Mater:& aduerſis uirtutem oppone ſagittis:
Sol ruit oceano:& tenebris redeuntia ſurgunt
Sabbata:iam natum exāguem cōpone ſepulcro:
Dū licet:extremū hoc munus poſt funera reſtat.
His dictis conuulſa parens permittit inanem
Componi tumulo Ieſum:& dū lintea mēbris
Obuoluenda parant illi:tot uulnera cernit
Mater:& effundēs lachrymas nūc tangit apertū
Cuſpide mœſta latus:pedibus nūc oſcula figit
Transfixis:ſanctiſq; uidens heu uulnera palmis/
Cōprimitur:uirtuſq; animæ procūbit in imo
Pectore:luctaturq; illis exire tenebris:
Tum capiti tormenta nimis crudelia paſſo
Flebilis incūbens/extincto os admouet ori:
Suſpiratq; ſuper:funditq; has ore querelas.
Nate meæ quondā decus & pars maxima uitæ/
Soſpite quo ſemper uixi lætiſſima matrum:
Cuius ab aſpectu ſuperis coniuncta uidebar:
Heu ſimul extinxti uitam/decus/atq; parentis
Gaudia:tartareis merſiſti & noſtra tenebris
Pectora:dū talem oſtendis ſine ſanguine uultū

Atq; utinam exanguem ſaltem ſeruare liceret:
Heu tumulo claudēdus ades:quē ſemper amaui:
Quem peperi æthereos inter lætiſſima cantus:
Regibus oſtendi tribus:& quem feſſa furori
Eripui herodis:puerū quē ſemper in ulnis
Læta tuli:cuius meritis ſuper aſtra ferebar:
Non potui ſeruare parens/nec in omnia ferri
Tormenta:ut ſaltem ſequerer poſt funera natū.
Heu qui ab æthereo miſit pater almus olympo
Nulla tibi auxilia:& iuſſit te occūbere morti:
Heu quia qui ſolitus multis reparare ſalutē/
Ipſa latere tibi uoluiſti numina: ut aſtris
A ſtyge ſeruatum genus alta in ſæcula ponas:
Heu quanti mihi parta ſalus?qua morte perēptū
Aſpicio?uix horridior queat ulla parari:
Gratulor eximis tenebris & morte redemptis:
Sed dum ſæua tuis membris tormenta/necēq;/
Inſpicio:cuperem tenebris oppreſſa teneri.
Quid facies animæ pars altera? quā mihi uitam
Moeſta dabis?cur non properas exire?tuūq;
Præſidiū uitāq; ſequi/partēq; reuulſam?
His ne ſuperſtes eris tenebris/nō integra/nec mi
Chara? utinā poſſem corpus mihi uile ſepulcro
Claudere poſt natū:ſed quod mea fata negarūt:
Expedias tu:nāq; potes poſitūq; cadauer
In tumulo ſeruare para:dum morte reſurgat
Altera pars uicta ad ſuperos:atq; integra fiat.

Vocibus his lachrymas ſaxis extorqueat ipſis:
Flent igitur ſine fine uiri/mœſtæq; ſorores
Effundunt miſeros gemitus:& pectora plãgũt:
Imminet ut nigris nox circunfuſa tenebris:
Et fletus largos intercipit:ergo cadauer
Sãctũ aloe mixtis lachrymis Cynareidos ungũt:
Candidaq; obducunt extinctis lintea membris:
Hinc genibus flexis uenerabile corpus adorat
Mater:& immenſum benedicit:& oſcula figit
Vltima:& innumeris ſingultibus aera complet.
Haud procul hinc aberat uiua ſub rupe ſepulcrũ:
Quod nuper Ioſephus magna mercede cauari
Iuſſerat:& nullo uiolarat funere ſanctis
Debendum membris/dominiq; cubile futurum:
Hic poſuere dum gelida ſub carne latentem:
Quam ſemel aſſumpſit:nũq̃q; in ſęcula linquet:
Heu iacet in tenebris clauſum decus ętheris alti:
Sol latet:& tetro premitur ſub pondere ſaxi
Extinctus:tamen ingenti metuẽdus ab hoſte
Calcat morte ſua mortẽ: & parat uſq; triũphos.
At poſtq̃ obſcuro Ieſum poſuere ſepulcro:
Diſceſſere uiri:remanet tamen anxia mater
Ioanni comitata ſuo/atq; ſororibus ipſis:
Et manibus complexa ſuis immane ſepulchrũ/
Hec ait. o miſerę fili ſubtracte parenti:
Linqueris:obſcuroq; pius nunc clauderis antro:
Te pater æthereí dux & moderator olympi

Hoc tumulo clauſum cuſtodiat ecce relinquo
Tecũ nate animã:mihi quã cito reddere cures:
Hæc effata gemit:rigidoq; dat oſcula ſaxo:
Hinc tandẽ conuulſa polo effundente tenebras/
Flebilis ipſa crucem nati de cæde cruentam
Aſpicit:& genibus flexis reuerenter adorat
Prima:dehinc omnes ſancto dant oſcula ligno.
Effuſum terris lumen fulgentis Olympi
Prima parens uenerata olim: ſic morte cruẽta
Extinctum/ſcit maiori iam lampade terris
Diſcuſſurum umbras: ſoli & ſibi certa triumphi
Spes manet a ſtygiis nato exurgente futuri
Vallibus:ut fortẽ ditem/& dira agmina regno
Expulerit:ſcit Thiſiphonem/diraſq; ſorores/
Anguibus informes/lernæaq; colla draconum/
Cerbereos rictus/& quæ uomit ore cruento
Sulphura cum flãmis ingenti mole Chimæram:
Monſtraq; tartareis dudum dominata tenebris/
A crucis aſpectu magno afficienda tremore:
Ergo ſalutatã linquit:moeſtæq; ſorores
Obducunt pullo faciem redeuntis amictu/
Flectentis perſæpe aciẽ ad ſua numina: dũ phas
Aſpicere:& quoniã iuuat indulgere dolori:
Fundentis miſeros gemitus/ſic deniq; in urbem
Regreſſæ ſtat nulla domus:diuertit ad ipſum
Ioannem regina poli:miſerandaq; luget
Orbam delitiis ſeſe:quibus alta/ſuperq;

Reginas dudum fœlix potuiſſet haberi.
Ergo ubi clauſa domus:lachrymis pallētia turbat
Ora/trahens gemitus:miſerabilibuſq; querelis
Explet corda:dapes ſunt curæ: & pocula fletus:
Sic noctem inſomnē trahit: & mirabile dictu
Viuit:in obſcuro cuius cor clauditur antro:
Clauditur:at certa corpus ſpe ſuſtinet orbum:
Ni faciat: celeres abeat ſua uita ſub auras:
Vtq; diem noſtro Phœbi iubar edidit orbi:
Dum ſedet exangui mœſta/& miſerabilis ore:
Attonitiq; ſilent oēs:tunc ianua tacta eſt:
Continuo trepidi(nam ſumma abſente piorum
Tutela/exiliq; ſono terrentur & aura)
Exurgunt:donec petrū agnouere:domiq;
Suſcepere reū magni modo criminis:inde
Clam uenere alii paulatim multa timentes
Diſcipuli:quorū ruerat ſpes omnis in umbras.
Poſtq̄ introgreſſi:& Maria uidere gementem/
Orbatāq; pii nati cæleſtibus auris:
Flent ſimul:atq; fugam dānant:& quiſq; fatētur
Crimen:pro charo non occubuiſſe magiſtro.
Præcipue petrus gemit:immenſoq; pudore
Vix oculos attollit humo:lachrymiſq; profuſis
Hęc ait.heu miſerū pudet huc ueniſſe:meoq;
Crimine confundor/triſti apparere parenti:
Nā dominū cuius ſummo afficiebar amore
Non modo correptū turba inuadente reliqui:

Quin etiã ancillę tremefactus uoce negaui
Ter uirtutis inops:& quod prædixerat ille
Non potui uitare miſer.quo fugerat omnis
In Ieſum pietas/noſtriq; audacia cordis?
Talia cõmemcrans lacerat miſer unguibus ora:
Tantundẽq; alii faciunt:& pectora tundunt:
Flentq;:gemuntq; ſimul:quos ſic ſolatur amicis
Alma parens uerbis:ſpẽq; erigit uſq; ruentem.
O dulces nati fratres mortalibus auris
Dum carpſit uitã ancipitem: quos legit ab orbe
Peſtifero: arcanis ut/quæ ſua ſidera claudunt:
Præficiat:ueſtri reditum ſperate magiſtri
Incolumem.nec ſi tenebris liquiſtis in illis
Vi captũ:atq; fugæ trepidantia terga dediſtis:
Deſperate precor ueniam:pia pectora noſtis/
Et dulces mores/clara & probitate benignos:
Nec uereor:qui membra cruci affixere cruentæ
Inſontis nati:ueniam ſi pectore toto
Implorent:quin parcat:opẽ ferat/atq; ſalutem:
Diſceſſit nunc ſponte ſua:miſeroſq; reliquit
Proh dolor ĩ tenebris:ſeſe obtulit ipſe nec ullæ
Heu ualuere preces mœſtę reuocare parentis:
Credo etiã nec defendi uoluiſſet ab ullo:
Noluerit qui ſe defendere.credite ab imis
Surrecturũ umbris:qualem ſe uelle reuerti
Pollicitus.dixit:pigras ſed fallere certans
Horas(nam natum aſſidue meditatur:& illum

80

Aegra cupit:quærit:captat:requieſcit in illo)
Temporis extremi certamina dura rogabat/
Ingratūq; diem uario ſermone trahebat/
Sola laboranti Petri fratrūq; carinæ/
Fluctibus in mediis/uaſta inſurgente procella/
Succurrens/poſt præcipitis miſeranda magiſtri
Funera:nāq; alii fortunæ incurſibus illum
Succubuiſſe:regat quæ cūcta humana ſuperbo
Imperio:uarietq; uices:mutetq; ſecundis
Aſpera:& inuerſo confundat proſpera luctu:
Et potuiſſe pium regem calcare:ferebant:
Quandoquidē ſeptē ante dies rex dictus in urbe
Et iuuenū fuerit regi obuia turba ſenumq;:
Vndiq; cū pueri clamarent æthere pacem
Poſcentes:qua aſino nectus tranſibat:humiq;
Quiſq; ſuas ueſtes conſterneret: arbore palmas
Cæderet/atq; oleas:claro & duxiſſe per urbem
Nomine iam regem:tēplo & poſuiſſe ſuperbo:
Nunc contra tantos luctus inimica pararit:
Atq; alii tantum ſcelus impellente tumultu.
Inſtabilis uulgi/regem immerſiſſe benignum:
Aiebant:ſummū decus ut neglexerit ultro:
Vulgus iners/amēs/ſine lege/& honore ꝑteruū:
Infidum/cunctis & deteſtabile ſæclis/
Eſſe mari par cæruleo:quod ab omnibus curis
Aeſtuet:eq; imo turbetur ſæpe profundo:
Et qui perfidiam Iudæ accuſaret auari

Non deerat:tanti ſceleris qui ſordibus auctor/
Auſus in ambroſium fuerit ſe efferre magiſtrũ:
Iudicio tamen æthereo/ſua colla furenti.
Suſpenſum laqueo/ruptis exta omnia prorſus
Viſceribus multo fœde effudiſſe cruore
Vltum ſupplicio ſua conſcia pectora iuſto:
Quem cũ omnes æque deteſtarentur: & acrem
Vindictam tanti ſceleris cum morte probarent:
Aegra parens/rauco & ſuffundens lumina fletu/
Ah miſerum dixit:cur deſperauit ab ipſo
Saluatore miſer ueniam?qui mortuus ultro eſt:
Non ui fortunæ:nam quid fortuna?quid inq̃?
Quã dominã falſo mortalia pectora fingunt
Imperio:infidi ſubito nec turbine uulgi
Nec miſeri dictu aut odiis aut crimine Iudæ:
Sed qui ſponte ſua poſuit ſua munera uitæ:
Deleat ut ſtolidi miſeratus crimina mundi:
Spõte inquã: meminiſtis enim: q̃ ſæpe cruẽtos
Prædixit luctus:cur non miſer ille popoſcit
More Petri ueniã?ſcelus eſt mihi credite maius/
Conſciuiſſe necem ſibi/q̃ captaſſe magiſtrum
Inſidiis mortiq; pium dãnaſſe cruentæ:
Talibus oppreſſas multa caligine mentes/
Officioſa parens docet:erigit:atq; ſerenat/
Spem conata aliquã redituri inferre magiſtri
Quã cõtra extingũt torpentes corporis umbræ:
Non aliter: q̃ ſi uirides ſuccendere truncos

Quis certet ſalicis: flāmas uix folle frequenti
Excitat: at poſitis mox follibus/omnis inauras
Lux abit: & remanent atrę in carbone fauillæ.
Sic tandē oceano ſol præcipitatus/ut umbris
Ceſſit nocturnis: ſolum miſeranda cubiclum/
Maria turbinibus ſubit acta oppreſſaq; crebris:
Atq; ibi ſola gemit/nullā ſibi nacta quietem:
Et iam mortiferis diſcerpitur anxia curis:
Rauca uoce uocat natum: natūq; requirit:
Natum ſuſpirat: natum ſibi feſſa repoſcit:
Ad quam ſiderei mox accurrere miniſtri:
Aegram ut cæleſti conſolarentur amantem
Arte/miniſterio/& ſuperis iam cōminus auris:
Quos ubi conſpexit: maioribus acta procellis
Liquitur in lachrymas uirgo: impatiēſq; dolorꝫ/
Non uos o proceres inquit: nec ueſtra requiro
Lumina: ſed dulcem natum mihi reddite quęſo.
Me miſerā quibus in tenebris lux alma reliquit:
Heu quanto cogor nunc carcere? quis mea ſoluat
Vincla? procul raptum ſequar ut miſerabilis illū?
Viſcera qui rapuit: ſecum mea corda reuellit?
Succurret ne aliquis miſerę: pater alme qd ergo/
Si tanto impellis cōmunia pignora ad umbras
Exitio: & tanto iuuat indulgere dolori:
Compedibus uinctā retines? ubi filius? heheu
O proceres/quo nam profugit filius? eſt ne
Qui iuuet heu miſerā tātis miſeratus in umbris?

Ah Gabriel tua pręcipue/tua uerba recordor/
Heu quibus irriſam me decipis : hanc ne ſalutē
Pollicitus quondam? fugit quo gratia? qua me
Dixiſti plenā: ſunt ne hæc promiſſa? ubi nā nūc
Eſt dominus? mecū quē tu fore/& eſſe canebas?
En abiit: me deſeruit: procul ille receſſit:
Scilicet hac benedicta fui ratione uocanda?
Ah Gabriel mihi reſtituas mea pignora: ubi nūc
Filius? eſt ne uſq mihi qui mea pignora reddat?
Qui doceat ſaltem ſua per ueſtigia quo nam
Fugerit? heu qbus in tenebris miſerāda relicta ē
Mater? & ingratis triſtis trahit oſſibus auras?
Si natū heu tanto rapuiſti turbine ad umbras:
Quid matrē hic feſſam mors importūa relinqs?
Ah miſeræ ſuccurre precor: ueſtigia nati
Vt ſequar in tenebris tormēta p oīa ad umbras:
Quid loquor: heu miſerā dolor opp̄mit: optie ad
Nate redi: tu nāq; potes iā nate reſurge: (auras
Huc ades & miſeræ tandem ſuccurre parenti.
Tum uero Gabriel miſerā miſeratus amātem/
Aegræ non ultra paſſus tabeſcere mentis
Intima/ſed longas abrumpēs ora querelas
Dulciſono/tali cæpit lenire dolores
Voce pius. uirgo immenſum dilecta tonanti /
Quid tantum ingrato iuuat indulgere dolori?
Quid carni infirmæ cedis? quę mille procellis
Acta freti/ſemper ſe mille laboribus angit

Infœlix/ſanctæ & ſemper ieiuna quietis:
Aethereo monti impoſitam cur non capit arcẽ
Spiritus? immenſus contemplaturq; tonantem?
Nanq; opus eſt/unam ſemper captare quietem.
Filius ipſe abiit tua gloria? teq; relinquit?
Quid ſi nunc primũ ſe ſubtraxiſſet amanti?
Nonne aberat plerũq; diu? nõ ne æger ad ęgrã
Se tandẽ referebat inops/uix oſſibus hærens?
Extinctũ defles? quid ſi phlegetontis ab imis
Surrecturũ umbris tibi non ſperare liceret?
Si ſpes certa manet iamiã redeuntis & omni
Depoſito mortis luctu/ſenſuq; dolorum/
Immortale decus iamiã effundentis amictu
Ambroſio/æthereos late & ſpirantis honores:
Quid fles? inuidiæ poſſunt hæc ſigna uideri:
Vrget amor ſtimulis diſcerpens pectora? & acri
Succendens medias depaſcitur igne medullas?
Quid diſceſſurum tam quæſo ardenter amaſti?
Non me peregrinũ moras? non ne ipſa ſciebas
Sole ſub inſtabili ſemper fluere omnia uana?
Se tibi ſubtraxit merito: ut iam quærere diſcas
Non obtuſa acie carnis miſerum atq; caducum
Sed diuum/æetherea & redimitũ luce tonantem:
Ergo animo curas abigens/pia gaudia capta
Victoris/non iam lachrymarũ in ualle gemẽtis:
Sed qui perpetuo regnabit in æthere regno.
Iam liceat poſita mœſtæ caligine mentis/

Noſſe ſalutatam

Noſſe ſalutatam uero te nomine quondam:
Gratia quandoquidē tanta eſt tibi; quanta creata
Mente capi nequeat: dn̄s quem credis ademptū:
Corpore abeſt fragili: tecū eſt tamen oībus horis
Maximus: & ſolam nunq̄ per ſæcula linquet:
Vnde olim ſemper benedicta uocaberis: & te
Dicent (ut quondam cecinisti) cuncta beatam
Sæcula/ ſub nixam nati gremio atq; tonantis.
Talibus ignitas certans extinguere curas/
Orbam delitiis Gabriel lenibat: at illa
Vſq; gemens/ tales referebat pectore uoces.
Ah Gabriel miſerere precor o miſerere parētis:
Quā nūc immēſus dolor opprimit: ipa ego noui
Omnia quæ dixti uerissima: quis tamen ipſum
Ignē ardere uetet? quis nā maris æquora ſiccet?
Quin ſemper fluitent undis humentibus? & quis
Solem luce ſua priuet? quis deniq; motus
Naturæ proprios abrumpat? filius ille eſt:
Non quales peperere aliæ toto orbe parentes
Nam potuit quodcūq; pati: quodcūq; flagellis
Affligi: quodcūq; cruci pendere cruentæ:
Siue mori: & clauſo poſitū eſt quodcūq; ſepulcro
Omne meū eſt. cur non miſerabilis ipſa dolore
Afficiar? miſeris claudor quæ corporis umbris:
Quam niſi ſurgentis nati ſpes certa foueret:
Iamdudū tenues iſſet mea uita ſnb auras:
Quid non mœſta fleā/ memor impietatis in illū

Exactę ſtudiis ingentibus?eſt ne latronum
Maiori qui torqueri queat agmine quiſquam?
Mitior ah ſaltem pereuntis pœna fuiſſet;
Non ne ſatis periiſſe fuit? quid tāta?qd heu tot
Infligenda eius membra tormenta fuere;
Talia dicta dabat lachrymans; natūq; repoſcēs/
Natum ſuſpirat/natum miſeranda uocabat.
Ille autem uariis certans ſermonibus horas
Fallere/& ingenteis ſaltem frænare dolores/
Hec ait:o regina tuū quæ paſſus ad unguem eſt;
Sic tormenta pati conſtanter oportuit:ut nil
Diuina careat ratione/& numinis auris;
Nam uelut in ſulcis ſemen putreſcit:ut olim
Reſtituat læta grauidos in meſſe maniplos;
Area quos terit:ut puras det in horrea fruges:
Et mola dat tenuem ui turbinis inde farinam;
Quā concretā undis piſtor tunditq;:premitq;:
In panem ut crebris cogat tandem ictibus/æſtu
Ardentis furni poſt tot tormenta coquendum;
Nec ſatis hoc:dentes opus eſt patiatur:ut ipſi
Accedat ſtomacho/& mēbris/uitāq; miniſtret:
Et niſi calcetur pedibus:præloq; prematur
Vua:racemifero ſi palmite pendat:inde
Vina fluent nūq:fruſtra & depromere teſta
Tentabis ſitiens uacuo cratere phalernum;
Sic panē qui uitā animis uireſq; miniſtret;
Panē inquā; quem tu generoſo e ſemine uirgo

Fudiſti terris:patienter oportuit ingens
Supplicium/& grandis ultro tolerare dolores.
Talia ſub duro myſteria cortice claudunt/
Mille uoluminibus diſperſa ęnygmata ſanctis:
Extincto ſed enim iam teſtatore/licebit
Signatum quondam/ſacro aſperſumq; cruore
Teſtamentum/umbris retegi/clauſumq; recludi.
Oppreſſus ſomno quondam primus pater/ipſam
E coſta effudit ſobolem:genus unde daretur
Humanum terris:ſic nunc extinctus aperta
Effudit coſta Ieſus pater ætheris alti:
Vnde nouam cælo gignat per ſæcula prolem.
Inſontem letho fratrem dedit impius author
Cædis:fraternoq; infecit ſanguine terram:
Primitiaſq; hominū tanta impietate notauit:
Ex illo coniurata eſt infata piorum
Nequitia:& Chriſto exitiū portendit iniquum:
Quiq; uelit metiri arcam:quæ ſola ſuperſtes
Diluuio immenſo mundi ſeruauit ab undis
Relliqas:unde eſt hominū genus omne/feraq;
Aduertet Chriſti corpus pendentis amara
A cruce:cui roſeo pandit latus ore feneſtram:
Fluctibus e mediis umbrarū/& mortis acerbæ
Emergens/mūdū ſeruaſſe Acherontis ab undis.
Quoq; magis credas uini pater ille repertor
Stratus humi/nudis multa ebrietate uerendis/
Ridiculo eſt habitus nato:qui fratribus ad ſe

Accitis patrem oſtendit:qui ueſte retrorſum.
Iniecta/texere pia probitate parentem :
Sic dudū informem/nudū/ebrietate ſuprema
Confectū/& nullis fulgentem numinis auris?
Dum contemplatur ſoboles mala ſana parentem
Irriſit ſanctum:quem mox pietatis honore
Supremo colet æthereo patre digna propago.
Multorūq; pater populorum iuſſus ab alto eſt
Spem mactare/ſibi quæ ſola atq; unica/natum:
Impoſitūq; aris tunc cum iugulare pararet:
A pueri cæde eſt medio reuocatus in ictu:
Suppoſituſq; aries puero eſt:qui cornibus inter
Vepres hærebat/nato & pro ſoſpite cęſus:
Sic tuus eſt pro ſupremi nato ecce tonantis
Mortali uinctus nexu/mactatus in ara
Immiti crucis;ut ſtellis æquetur olympi
Gentibus incunctis ſoboles ſibi parta per æuum.
Quid memorē angelicā ſupplantatore paleſtrā
Victore?aſcēſum & terris ſuper æthera ab imis?
Vēditus argēto eſt Ioſephus q a fratribus olim :
Filius eſt ueluti dudū tuus:is puer inſons/
Seruiuitq; diu:multiſq; laboribus actum
Carceris anguſti dura eſt incompede uinctus :
Et tandē Aegypto eſt omni præfectus : & ipſos
Agnitus excipiens fratres/charūq; parentem/
Annonāq; fame pereuntibus uſq; miniſtrans/
Immemor offenſæ ueteris/cumu auit honore

Magno:ſic Chriſtus poſt mortē e carceris umbris
Emergens populis iam præficietur:ut omni
Panem Quo ſuperi ueſcūtur:in orbe miniſtret:
Fratribus & tandem patria regione profectis
Agnitus/immenſum uenerabitur:eſurientes
Paſcet:& Aegypti lautos dabit eſſe colonos.
Vincebat geminas extenſus ad ęthera palmas
Hoſtiles cuneos Moſes:reddebat & ipſis
Victores ulnis:ſi quando remitteret:hoſtes:
Tanta crucis uirtus Chriſti eſt/& tāta poteſtas.
Infenſos ſecum multa ui contudit hoſtes
Herculeus Sāpſon: Chriſtus quoq; morte cruēta
Vmbrarum hoſtiles turmas mortēq; peremit.
Influctus pelagi puppi demiſſa ab alta
Ionas/& magno balenæ abſorptus hiatu/
Poſt triduū emerſit uiuens in littore ſicco:
Cōuertēſq; urbē ingentē Phlegetōtis ab umbris/
Incinere & ſacco ad dominū clamare coegit:
Sic furiis mundi inſtabilis demerſus/& umbris
Abſorptus ſtygiis Ieſus/de morte reſurget
Immortalis: & emeritum iam crimine mundū
Aethereā inſobolem renouabit:& inſeret aſtris.
Fixus Aman ligno eſt:cui trux deuouerat ipſum
Reginæ patruū:ſic nunc ferus ille barathri
Princeps iam Chriſto erepto/ſuſpēſus in illo eſt
Veſanus ligno:& periit ſibi fraude reperta.
Pręterea hoc ſignāt holocauſta/& ſacra tonātis/

Quæcũq; inſtituit ſuprema edoctus in arce
Legifer:omne quidẽ ſummi regnator olympi
Quicquid ineſt cælo & terris pelagoq; ſonanti
Nouit opus bonus eſſe ſuum:ſeq; ubere pleno
Largiri formam rebus/uitãq;/decuſq; :
Vnde ſacro pecudum non indiget ipſe cruore :
Sed uitulos/miteſq; imponi altaribus agnos
Iuſſit:ut aſtruſis myſteria ſancta figuris
Velaret:ſaltẽq; in imagine certa futuræ
Spes homini auxilio fieret uelata ſalutis .
Aegypto primogenitos nox una peremit:
Sed qui uiuifico ſignarint ſanguine poſtes/
Mortiferas mundi culpas qui ſubſtulit agni:
Immitis tormẽtorum quem torruit ignis:
Mellitæ tandem terrę ubertate fruentur .
Serpentem in uaſta moſes erexit heremo:
Quem quiſquis diris ſerpentũ morſibus ictus
Cerneret a triſti tutus foret ille ueneno :
Sic quem mortifero ſerpens infecerit ictu
Antiquus:ligno confixum hoc æris amari
Præſidium cernens/uitalia dona reſumet.
Coccineo geminis uinclo contagia lepræ
Paſſeribus iunctis mũdantur: ut alter in auras
E uolet:alterius ſpargantur dura cruore
Vlcera:in hoc Chriſti geminas agnoſce figuras:
Paſſus homo eſt:deus æthereas euaſit ad arces
Immortalis:& in patrio ſedet altus olympo.

Ingreditur ſanctum nūq̄ niſi ſanguine fuſo
Pontificis ſolēne decus: percuſſa profudit
Petra undas populo ſitienti:& nobile lignum
Aſperſit placida latices dulcedine amaros:
Lignū:quod dulcem ſancto dat germine uitam
Felicis luci in medio:quod & æquora tactu
Diuiſit populo uenienti:& merſit in undis
Aegypti regē/& proceres:retrocedere & ipſum
Iordanem iuſſis:proprioſq; requirere fontes.
Singula quid memorē ſanctis uelata figuris?
Et quæ fatidico dixerunt ore prophetæ?
Quæq; ſuo populis cecinere furore ſybillæ?
Hoc decuit medicū miſeris ſuccurrere morbis
Humani generis medicamine:cædere carnem:
Spiritus ad ſuperos facile ut conſurgat honores.
Ligno uictus homo eſt: & ligno uincitur hoſtis:
Extendēſq; manus uetitos ex arbore fructus
Carpſit homo:& ligno palmas utraſq; tetendit
Chriſtus:fel moriens myrrhatūq; hauſit acetum/
Pro fructu/quo quōdā hominū periere parētes:
Sic patiens uicit furibundos: nudus auaros:
Congreſſuq; humili tumida ceruice ſuperbos:
Et pro delitiis/conſertam ſentibus atris
Suſcepit capiti uinctus cæſuſq; coronam
Deniq; quid uerbis opus eſt? fieri maledictum
Optauit:quo poſſet homo benedictus haberi:
Humanūq; habuit pluriſq̄ ſe genus/illud

Viuificans:ſolet obliquo ut peleganus ab angue
Extinctis proprio ſuccurrere ſanguine pullis:
Vtq; puer poſt percuſſum ſibi fronte gigantem/
Et cæſum/meruit ſancto ſuccedere regno:
Sic tuos ad ſuperos iamiā conſurgere honores
Rex regū/ſtrato Stygia in conualle tyranno.
Ergo age lætitiæ pectus ſubſterne futurę/
Surgentem trāquilla manens de funere natum.
Talibus ambages Gabriel ſoluebat:& ægrum
Mulcebat dictis animū:ſed ſancta uirago
Flexa genu geminas effudit ad æthera palmas:
Atq; ait.æternum tibi ſit rex maxime olympi
Gloria:qui mundum tanta ratione gubernas:
Vt nihil in caſſum fieri/nihil eſſe ſine ulla
Vtilitate ſinas homini:ſed & elicis ipſa
Dæmonis impietate bonū:ſit gratia & ingens
Nate tibi: ſupremus amor quē cōpulit:ipſam
Ponere pro nobis animam:tantiq; rebelles
Feciſti ſeruos:ut me nate optime tecum
Spreueris:& ſæuos tuleris cum morte dolores
Spōte tua.ſed te Gabriel qua laude?quibus ue
Proſequar obſequiis?orbę ſolamina matri
Qui dederis:ſaltēq; aliqua ratione dolorem
Preſſeris immenſum:triſteiſq; fefelleris horas:
Vtq; feram tantos patientius ægra dolores:
Perge precor:natiq; ediſſere mortis in umbris
Geſta mei:quo nam moriens diſceſſerit?& quid
Iam faciat

Iam faciat? tumuli latebris quę cauſa morandi?
Dixerat/ignitos effundens pectore queſtus:
Quos ille abrumpens/placidis ita leniit auris.
Et ſi ſunt præter diuina oracula lippis
Viſa oculis etiã multorum inamœna ſophorum
Tartara/Cirrhæis/ & decantata poetis:
Quorum etiã tormenta ipſę cecinere Sibyllæ:
Mortales tamen has nugas/cõmentaq; uana
Eſſe uolunt: quos ſi cæcis mẽs uiuida ab umbris
Erueret: tandem aſpicerent: non poſſe refelli:
Quin ſi iuſtitiæ locus eſt ſuper æthere ſaltem:
Quæ ſancta mũdũ trutina & ratione gubernet:
Debita ſint diris tormenta nocentibus olim:
Quandoquidẽ terras ſemper felicibus auris
Incoluere: pioſq; omni affecere nocentes
Supplicio: ætherea ſed ſi iuſtũq; bonũq;/
Quod tanta cælum ac terras ratione modoq;
Corrigit: ut nihil a rerum recto ordine aberret:
Regnat in arce: liquet triſti contraria centro
Deferri: cuius diris claudantur in antris:
Non aliter: medio tellus quã pendet in orbe/
Mole ſua confixa ſibi: nuſq; recedit
Sed circunfuſo concluditur undiq; cælo.
Ergo huc impietas craſſa & grauis undiq; fertur
Suppliciis torquenda ſuis/ ſub carcere cœco:
Donec in aſtrifero regnet deus altus olympo:
Aemula cui ſeſe oppoſuit: ñetq; ruenti

Immortale malũ/uero de lumine in umbras:
Nãq; animã quis non uideat?non poſſe reſolui
In nihilũ?quam participem rationis ab alto
Aethere/corporeis ſe ſenſibus eximere:omnem
Metiri mundum:poſito nec limite tandem
Cedere:qn uelit immenſum ſe efferre:uidemus.
Corporeæq; oblita breui ſub tempore uitæ/
Tranſcendit uaſti finẽ & primordia mundi/
Aeternũ meditata chaos/uel inania fingens.
Præterea pura ſe ſimplicitate tuetur
Nec metuit:ne compoſiti compage ſoluta/
Inſe quæq; ſua contraria lege recedant:
Hanc deus inſtituit ſimilẽ ſibi maximus:& ſe
Huic formam aſcripſit/uitã/decus/atq; patronũ:
Corporis eſt uelut ipſa ſui:tamen ipſa relicta
Non moritur forma : cuperet licet oĩbus horis
Poſſe mori:patitur ſed uiuam in ſæcula mortẽ:
Præcipitant Nilũ Cataclupa ut ſurda ruentem
Semper:nec quẽ præcipitent per ſæcula deerit:
Nam præter pœnã damni/informẽq; ruinam/
Vritur interdum diri Phlegetontis in igne
Sulphureo:& glatie mox atri aſtringitur Orci.
Vſq; tremens miſerũ/ſtridens & dẽtibus: & tot
Torquetur diris cruciatibus undiq;:ut ullis
Humanas nequeãt uerbis deſcẽdere in aures:
Nec mirũ:ſi corporeis queat ignibus uri:
Quæ potuit craſſo ſub corpore uincta teneri.

Ergo huc cóſpicuo fuerat qui Phoſphoros ortu
Aſtrorũ quondã & ſuperi moderator Olympi:
Heſperias poſtq̃ miſer aſpirauit ad umbras/
Sidera multa trahens ſecũ/ruit æthere ab alto:
Præcipiteq; dedit gelido ex Aquilone ruinam/
Aemulus ignifera fulgentis lampade Solis:
Qua fert ille diem:& radiis fugat aſtra coruſcis.
Huc etiã pater ipſe hominum cũ prole perépta
Arborei diro morſu per ſæcla ueneni/
Corruit:humani tamen eſt reparabile damnum
Exitii:propter fragilis mala pondera carnis:
Huc quoq; deſcendit Ieſus/non legibus actus:
Sed propria ut uirtute pios de faucibus Orci
Eripiat:diroq; relinquat in igne nocentes:
Vtq; licet putri mandet bona ſæmina ſulco
Agricola:ut lætis uacua horrea frugibus olim
Impleat:illa tamen culminis/radice/& ariſtis/
Luxuriant tandem minima ut ſit portio fructus
Optati:ſibi qué legit:attritoſq; relinquit
Iumentis culmos:& uento mandat ariſtas:
Sic deus humano paucos de ſemine legit/
Mente pios/ſpe conſtantes/& amore calentes:
Qui licet obſcuri claudantur uallibus orci:
Quotcũq; antiqua fluxere ab origine mundi
Propter primæui noxam patris: hos tamẽ ocis
Supplicii expertes/expectanteſq; ſalutem/
Filius æthereo tuus introducet Olympo:

At cõtra:innumeros populos/& inutile uulgus/
Cœcum animo/&triſti corruptũ corda ueterno/
Oblitumq; dei/atq; ſui/ſub carcere diro
Torquendũ ſemper/uermiq;/igniq;/relinquet:
Infantes tamen/& nullo quos terra reatu
Infecit: niſi quem traxere ab origine gentis:
Supplicii expertes/æternis linquet in umbris:
Sunt etiã:quos recta fides/ſpes certa/& amoris
Aetherei iubar/aſcripſit cæleſtibus auris:
Hi tamẽ & fœnũ/& ſtipulã ſibi/ & arida ligna/
Proq; auro/proq; argento/clariſq; lapillis/
Struxerũt:opus eſt/igni exuratur ad unguem
Et teges/& caries/triſti perfuſa ueterno.
Donec ſe liquidas mereantur tollere in auras:
Ergo Erebi duro torquentur in igne:truceſq;
Dant pœnas:quas interea ſpes certa ſalutis
Mitigat.at Stygii centrum exitiale barathri
Progeniem innocuo fœdantis ſanguine terrã/
Diluuio abſumptam/toruo cum patre cohercet/
Bello & terribilis ingenti mole gigantes.
Impius hic celſam meditatus in æthera turrem/
Qui Babylona olim diris eſt orſus ad auras
Auſpiciis comitatus auũ iacet obrutus: & cum
Nino/qui mundũ grandi impietate fefellit:
Primus diuinis Belus male preditus auris:
Vnde deum toto iam mille coluntur in orbe
Numina:quos ipſis mixtos cultoribus ignis

Torquet:&ęternis Phlegeton cruciatibus angit:
Hic Pharao rubris Arabū demerſus in undis/
Aſſyrii/& perſæ reges/Macedumq; tyranni/
Et Graii/Pœniq; duces/rerūq; potentes
Romani/& uarias mundi quotcūq; per oras
Exeruere caput bello:ipſorūq; phalanges/
Cum cuneis/cunctiſq; cohortibus/& populorū
Milibus/obſcuro mixti ſub carcere uictis
Victores:diris complent ululatibus auras.
Stellifer hic Atlas merſus iacet/& Zoroaſtres/
Cūq; magis/Dryide/Chaldæi/Gymnoſophiſtę/
Atq; acie mentis mundū ſpeculata ſophorum
Gymnaſia/& mores hominū rimata decenter
Naturæ tamem authorē cū quęrere prorſus
Neſcierint:ſtygias exploſa & merſa ſub undas.
Vana hominis uita ē:uanū eſt:quodcūq; faceſſit:
Quod cupit:aut ſperat:uanū &qđ pectore ꝓſat:
Nec mirū ſi mox Stygias uaneſcat ad umbras:
Ni ſtabilem rerum dominum/tutūq; capeſſat
Præſidium:affectu cui pectoris hæreat omni.
Ergo ut uictoris certamina læta ſub umbris
Tartareis noris: paucis aduerte docebo.
Vix tuus innocuas extenderat arbore palmas
Filius:& ſolem tenebris obduxerat atris:
Cum dæmon multis quem perfidus argumentis
Tentarat:poſſet ne atras depellere ad umbras:
Agnouit regem infenſum ſibi/fortibus armis.

Inſtructũ:fruſtra cui ſeſe opponeret hoſtis:
Iudicioq; rerũ ſic præcipitaſſe cruento/
Pœnituit:triſti ad liquidũ ſibi quę fore norat
Exitio:ſcelus hoc reuocare optabat: & illi
Figendum proprio ſeſe mucrone uidebat.
Quid faceret? mortẽ cũ cerneret eſſe ꝓpinquã:
Terribiles uiſu terras tremere:atq; ruinis
Omnia miſceri:Stygias reuocare cohortes
Decreuit:quibus ille uias obſederat urbis/
Cõpita/tecta/arces/prætoria/templa/ tabernas:
Vt ſaltem Stygiis ſe cõmuniret in antris:
Protinus e ſpecula ſignũ dedit:unde coegit
Tartareas trepidus raptim ſua caſtra ſub umbras
Attonitos/miſeroq; fugam impellente tumultu
Cernere erat/fuſos quãq̃/& formidine fractos:
At rabie audaces/ indignanteſq; fugari:
Quos nõ dũ ſumptis qſquã inſequeretur ĩ armis
Tantũ dira ualent miſeræ præſagia mentis
Vt uero in cæcas ſe corripuere tenebras
Pallentes furiarũ Hydri/& trepidantia uulgi
Agmina tartarei/monſtrorũ milia/& omnes
Ductores/rabidis ructantes faucibus ignem:
Dentibus infrendens rex impius/ore cruento
Diſcerpſit Iudam;qui proditione magiſtrum
Perdiderat ſanctũ.tene his mea regna periclis
Impune expoſuiſſe?nephaſq; impune patraſſe,
Triſte nephas/cauſam exitii fur impię noſtri?

Men quoq; perdideris ſcelerate? & uindice nullo
Foedaris cælum/terras/& tartara ridens?
Cur nequeo meritas de te nūc ſumere poenas
Perfide? ſed fractis iam nunc ſuccurrere rebus
Præſtiterit? patulas nunc primū ianitor orci
Claude fores/duris ſolido ex adamante catenis
Obſtringens/& uecte aditum: te nūc decet eſſe
Peruigilem: & ternos latrātem attollere rictus:
Portitor has citra ripas tu contine cymbam:
At uos Eumenides ſaltem ſeruate colubris
Arrectis thalamos æterna in nocte rigentes:
Tu tamē o Briareu comites tibi ſume Gigātes:
Elyſioq; utcūq; tuas oppone cohortes:
Ne qua forte queant nunc ſeditione rebelles/
Quos parat hoſtili ſuperas educere ad auras
Ille manu: ſe efferre: hoſtéq; admittere noſtrū.
At uos bellorū tempeſtatumq; potentes/
Qui cælū terraſq; duces miſcere tenebris/
Cum libuit: potuiſtis: in his reuocate periclis
Victores animos: non nunc euertere regna
Inſidiis aliena paro: ſeruate penates
Saltem luctificos: quos ſi permiſit habendos
Rex ſuperū: licet ille potens: licet ille ſit author:
Neſcio quis nos expugnans euertere tentat:
Neſcio quis miſerādus inops. pudet orbe fugari
A ſupero/ dominos mundi/ rerūq; potentes:
Et pudet: & doleo: ſed ſi ſub nocte profunda

90

Vincamur:quonam fugiemus?obire/reſolui
In nihilū/triſtiſq; abrumpere munera uitæ/
O utinam poſſem miſer undiq;:fabula duri
Alcidæ:uinclis qui traxerit indignantem
Cerberon:heu ꝓrſus miſero mihi uera timetur.
Quid tamen heu uiles iuuat effudiſſe querelas?
O ſocii tantis defendite uiribus urbem
Inuiſam ſuperis:nobiſcum ut cuncta trahamus
Fūdaméta orbis:ruat & cælū omne ſub umbras.
Vix ea fatus erat:cū rex a morte cruenta
Terribilis/radiiſq; micans fulgentibus/atras
Abrupit nebulas/iamq; imperioſus:& acri
Impulſu uectes ſolui/portaſq; recludi/
Principibus iuſſit:dū rex cui gloria in aſtris:
Tartareas rex uirtutū ingrederetur ad umbras/
Rex fortis/dominuſq; potẽs/rex magnus ĩ armis.
Extemplo patuere fores ui numinis:intus
Tum primū iubar æthereū/diuinaq; fulxit
Gloria:tum primū fuſis tortoribus umbræ
Supplicio caruere omni:trepidoq; tumultu
Diffugere omnes cunei/diræq; cohortes/
Cum ducibus latuere/ipſum clamore frequenti
Mirati regem:qui ſi deus eſſet:in antris
Quid faceret Stygiis ſuperum rex inclytus?& ſi
Eſſet homo :foret unde illi tā magna poteſtas?
Cuius ab aſpectu robur tabeſceret omne
Tartareum:rutilos uelut euaneſcit ad ignes

Cæra:uel ad ſolem rapidum nix alba liqueſcit.
Continuo umbrarū dira in conualle tyrannum
Prouocat ad pugnā rex inclytus:& fugientem
Inſequitur:trepidū/diriſq; ululatibus auras
Opplentē/rapit:& manibus poſt terga reuinctis
Pertrahit:& diro merſum Phlegetōte catenis
Ignitis uinctū ſolido ex adamante/cohercet.
Inde iter ad patres uictor/quem carcere longo
Clauſi expectarant:carpens ueſtigia torſit:
Quem ſimul aſpexere pium / radiiſq; micantem
Aethereis:multa lachrymis dulcedine obortis
Occurrere:pater generis quē pronus/& imis
Oſcula dans pedibus/ſic ore affatus/adorat.
Veniſti tandem fili expectate parenti
Iampridem miſero:tu filius/atq; creator
Es meus:agnoſco tandem de ſemine fructum
Corrupto/labe/ac uitio/carieq;/uacantem:
Agnoſco figulum limo qui me bonus olim
Finxiſti:pretiū agnoſco ſcelerūq; neciſq;
Humanæ.tu trāsfixas puer optime palmas/
Et latus atq; pedes/geris:ut mea uulnera ſanes:
Vulnera/ felici quondam uitiata ueneno:
Quod tanto dudū meruit medicamina ſolui
Tu deus es:ſuccurre mihi quem ſancte creaſti:
Filius es:lapſo precor o ſuccurre parenti:
Eripe me his puer alme pia cum prole tenebris
Dixerat:at Ieſus proſtratum erexit:& ulnis

Dulcibus amplexus/patris oſcula plurima carpſit
Longæui:& dictis flentem eſt ſolatus amicis.
Iam pater antiquos opus eſt deponere luctus;
Et fletu ſiccare oculos:uetereſq; querelas
Non ultra meminiſſe decet:iā concipe olympū
Cum ſuperis/patriā antiquā: nāq; horrida uici
Tartara:& humanā propria uirtute redemi
Faucibus a mortis ſobolem/noctiſq; tenebris.
Hæc ubi dicta:oēs pedibus ſe aduoluere ſanctis
Certant:ſed dulci nunc hos/nunc excipit illos
Amplexu rex:& felicibus imbuit auris.
Tum uero impatiens ultra tolerare dolores
Orba parēs/iā ſæmianimis/lachrymas/gemituſq;
Effundēs miſeros:quę me nūc uincla cohercēt?
Quin moriar?dixit:fiamq; e millibus una:
Quæ nati fruar amplexu & felicibus auris?
Felices uita functi:quos uita ſereno
Viuificat uultu/miſerā quæ mortis in umbris
Me nunc deſeruit.Gabriel per ſiqua tonantis
Gratia reſtat adhuc:noſtra hæc ſuſpiria perfer
Ad ſoliū patris/& lachrymas/natūq; remittat
Supplicibus uotis(precor)exorare memento.
Ille autē miſeræ luctum miſeratus amantis/
Ad ſolium patris ætherei uolat ocyor euro:
Et lachrymas gemituſq; ferens/ſic cernuus infit.
Has ad te lachrymas/alta hæc ſuſpiria/ab orbe
Alme pater refero penetralibus ecce parentis;

Quæ mõtes procul & cautes miſerãda moueret
Duraq; molliret ſilicum præcordia: tanto
Afficitur luctu:& miſeros confundit ocellos:
Nec ſibi iam conſtat/nimio confecta dolore:
Heu miſeret uiduæ ſine labe & fraude parẽtis:
Heu miſeret:dũ me alloqtur:rogat:ĩcrepat:& ſe
Obiicit irriſam:dũ proteſtatur:adorat:
Et tandem ſanctæ ſeſe rationis habenis
Flectitur/& miſeris confunditur anxia curis.
Ergo age quã ſummo affectu ſuper omnia rerũ
Culmina ſanctus amas/diuũ pr̃/atq;hominũ rex/
Muneribus ſolare tuis:ſolamina ſed quæ
Suſcipiet/præter natũ: ſuccurre: moraſq;
Ingratas abrumpe procul: natũq; remitte.
His pater auditis iubet:ut ſuſpiria matris
Deferat ad natũ:& mandata hęc inſuper addat.
Exurgat cithara:exurgat pia gloria.ab aſtris
Deſilit:& dicto citius uolat ille ſub umbras
Elyſias:magna & ſeniorum aſtante corona/
Pronus humi alloquitur uictorẽ in ſæcula regẽ.
Si matrẽ ne iam Stygias ſuccũbat ad umbras/
Nate patris ſummi curas ſupereſſe dolori:
Quo cõpreſſa iacet/miſeriſq; immerſa tenebris:
Expedias:quod reſtat adhuc properantius: & te
Redde illi:mirum eſt tantos potuiſſe dolores
Ferre ipſam:& ſummis non ſuccubuiſſe periclis.
Nõ ne uides lachrymas/gemitus/animęq;cadẽtis

Defectus miſeros? expers ſomniq;/cibiq;/
Sedula te in tenebris ſolum ſuſpirat ademptū:
Te repetit:te feſſa uocat.te mœſta requirit.
Heu uereor:ne iam tenues uaneſcat in auras
Spiritus/ingratas ſperans dum ſubſtinet horas:
Te citharam tuus a ſuperis pater euocat aſtris:
Te propera obſcuro uictorem efferre ſepulcro:
Et matri qualē decet eſſe:micantibus auris
Reſtituens/uitam/dotes/& præmia redde.
Hæc ait: at pius/& miſeræ miſeratus amantis
Ingentes luctus/iam uelle reſurgere propter
Aerumnas matris/gemituſq; inopū ſociorum/
Reſpondit:ſanctoſq; patres longo agmine iuſſit
Carceris e duris uinclis exire per hoſtes
Victor/& humani generis per ſæcla redemptor:
Signiferūq; ducēq; uiæ dedit eſſe latronem:
Qui nuper triſtis fuerat comes unus ad umbras.
Tunc exauditæ nautis ſulcantibus æquor
Tyrrhenū uoces: magnū quas Pana peremptū
Deploraſſe ferunt:ſalſiq; ululaſſe ſub undis.

M. Probi. Mariani Sulmonenſis Parthenię Liber Sextus.

O Ceano roſeam ſurgens iam lucifer auram
Spargebat cælo/ Phæbi prænũtius orbi/
Iungentis uolucres claro themone quadrigas:
Magdalia unguentis ſimul & Zebedeia coniux
Et Cleophæ aſſumptis/ poſitũ condire cadauer
Optantes tumulo;ut ſaltẽ poſt funera odore.
Iucundo a carie mẽbra incorrupta manerent.
Inter & extinctos quęrentes iam modo uiuũ/
Reginã thalamo linquunt: quæ pectore anhelo
Iamiam uenturum expectat de funere natum;
Quẽ nouit ſummo delapſum uertice Olympi:
Cuius & in cælo & terris ſit ſumma poteſtas
Pollicitis ſeruare fidẽ:tamen anxia tempus
Ingratum/& pigras ultra non ſubſtinet horas:
Sæmianimiſq; patri æthereo proſtrata querelas
Effundit tales:& fletu proluit ora.
Alme pater/deus/ætherei moderator olympi:
Cuius opus bonitas:miſeros & certa uoluntas
Aſtrifera releuare manu:qua propter ad imos
Trudere tu natũ ipſe tuum ſine crimine mane

Non ueritus/clauiſq; pias affigere palmas/
Ponere & obſcuro pallentia membra ſepulcro:
Reſpice deſertam ancillã:quam uita ſuperſtes
Conſumit:cupidoſq; mori ſpe ſubſtinet artus:
Dum redeat tumulo mea ſola & certa uoluptas.
Iã mihi redde animã pater optime:nãq; reuulſã
Filius ad manes rapuit meus:excipe forti
Extinctum dextra:duroq; auelle ſepulcro/
Incolumem reddens matri:quam ſpiritus angit
Vltimus:& ni iam redeat:dolor opprimit Orco.
Heu miſeræ quid nate mihi te ſubtrahis ultra?
Heu quibus ĩ tenebris latitas?ubi nate moraris?
Quid iuuat ulterius letheis mergier undis
Ad matrem iam nate redi:promiſſaq; ſerua.
Non ne dies referet te tertius?ecce propinquat
Ni fallor taudem lux tertia:nam prior ater
Heſterno fuit ille dies luctuſq; neciſq;:
Ergo hodie repetes matrẽ:ſtat pectore firmo
Certa fides:tamen afflicte properantius oro/
Succurras:iam ſurge precor mea gloria/uirtus/
Vitaq;:redde animã matris de corde reuulſam:
Da mihi lætitiam reditu:cui tanta dediſti
Diſceſſu tormenta tuo:nec ſubtrahe uultus
Nate pios:orbæ & uiuũ te redde parenti.
Talibus orantem/clauſo qui mẽbra ſepulcro
Extulerat uirtute ſua:nunc clauſa parentis
Hoſtia ui propria penetrans/iam ſole ſereno

Clarior/& niuea effundens a ueſte liquores
Ambroſios/radioſq; pios a fronte ſalutat.
Continuo uires lapſas ueneranda recepit
Mater:& immenſa ſenſit ſua corda refundi
Lætitia:atq; animam nimio exultare furore:
Et ni profuſus reuocetur ſpiritus ad cor
Principiũ uitæ:tenues uaneſcat in auras.
Ergo ubi ſubſedit prior impetus ille:negatas
Iamdudũ uoces reparans/tum filius inquit
Es meus?& genibus flexis lætiſſima adorat
Viuentem natum:contra & pius ille parentem
Amplexus genibus ueneratur:& oſcula figens
Hæc ait:ille ego ſum uere quẽ quæris ademptũ:
Pelle animo curã:& lachrymãtia lumina terge:
Conſedere inde:& mater quem nouerat altis
Vulneribus fixum ligno cæſumq; flagellis:
Circumfuſa acie luſtrat ſimul & rogat:an ſit
Vulneribus dolor ullus adhuc?cui talibus ille
Reſpondit:ueneranda parens a pectore luctus
Pelle oẽs:dolor omnis abeſt:morſuicta:nec unq̃
Audebit noſtris dominari in ſæcula membris:
Accipe/quẽ miſera redimitũ carne uidebas/
Mortalem/multiſq; laboribus undiq; uinctum:
Nunc poſuiſſe omneis pœnas:& fulgida mẽbra
Ictu oculi clauſas tenui penetrare uolatu
Ecce fores:& ſi libeat:ſuper æthera ferri
Quoq; magis lætere parens:de morte reuelli

Humanũ genus ad ſuperos:uinxiq; rebellem
Dæmona/præduro textis adamante catenis
Victoris iãq; ipſe ſui moribundus/& hoſtes/
Qui me fixerunt:trepidi ueſtitia lingent.
His dictis ueneranda parens lætatur:& omnes
Deponit curas:nati & ceruice quieſcit
Fulgentis roſea:nec tam dolor altus adægit
Pectora/mœſtitia ligno inſpicientia fixum:
Quam modo læthitie ſuffundit diuus/& auri
Filius oſtendens radiantia membra nitore:
Nunc felix mundi & regum regina uideri
Magna poteſt/& ſupræmis felicior aſtris:
Quæ dudũ cõpreſſa malis/& luminis orba/
Vilis/& ingenti luctu proſtrata iacebat:
Munere nunc fruitur dulci/& cæleſtibus auris:
Nunc explet ſua corda bonis:nũc funditur imis
Gloria uiſceribus:penetratq; immẽſa medullas.
Interea pugnas uictoris/& ardua quærit
Vallibus Stygiis certamina:& ordine longo
Ille refet Cymbã/merſumq; Acherõte Charõta:
Cuſtodem& trepidũ procul occurriſſe p umbras
Cerberon:ut ditis ſqualletia tartara/& urbem
Clauderet inuiſam ſuperis:tum cardine uerſo
Clauſas eſſe fores noctesq; dieſq; patentes:
Se tamen e duro poſtes adamante reuulſos
Proſtrauiſſe ſolo:& uinclis traxiſſe per umbras
Aſtrictus Plutona ignes ſulphurq; uomentem:

Tartareo

Tartareo Eumenidas ſe colliſiſſe barathro:
Deq; tenebroſo longa obſidione profundo
Eripuiſſe patres:crimēq; aboleſſe cruore
Humanū proprio:& mortem calcaſſe proteruā.
Talia dum loquitur:pendet narrantis ab ore
Mater:& æthereo grates agit uſq; tonanti:
Incolumem natū qui redidit: atq; cruentas
Nectare ſuffudit lachrymas:pallentiaq; ora
Aſperſit radiis cæleſtibus:inde ubi matrem
Lætitia expleuit Ieſus:ſic fatus: amaro
Magdalia afficitur luctu:ſeq; angit inani
Iamdudū mœrore:meum dū credit ademptum
Corpus:& angelicos uultus iam cæca furore
Aeſtimat/& uoces nihili:dum quærit amoris
Delitias uitāq; ſui me uiſere:ad illam
Nunc iuuat ire:uale mea uis/mea gloria mater.
Tu pia/nec ſoli credens ſibi tanta tonantis
Munera/ſed toti proſint quo præſtita mundo:
Quoq; ſuos etiam Ieſus ſoletur amicos:
Annuit/ambroſiis decerpens oſcula labris/
Et reditus mandans celeres.ille ocyor euro
Matris ab amplexu liquidis ſe condidit auris:
Cuius ab ingratis abſoluit pectora uinclis
Vſq; adeo:ut ſummo uideatur adeſſe tonanti
Libera/mortali & non ultra obnoxia curæ.
Ergo ut erat radiis mentē circundata tantis:
Non faſtu intumuit ſuperum regina uirumq;:

Sed poſitis genibus mentem pia ſubſtulit/alis
Talibus aſtra petens:tibi laus/tibi gloria/uirtus/
Summaq; ſideribus/tetroq; Acheronte poteſtas/
Alme pater:cuius rapidū rapit omnia cælum
Aſtra ſupercilio:uiuuntq; homineſq;/ feræq;:
Queq; pcul fugit triſteis mors impia ad umbras/
Se ferrugineis defendens undiq; muris:
Imperiū uocéq; tremit:qua propter ab ira
Se credens ſupereſſe tua:demerſit iniquum
Sulphureo Phlegetonte caput:nūc ordine miro
Senſit:ab æthereo quid deſciuiſſe tonante
Profuerit:nec poſſe loco retrocedere; ubi non
Torqueat exitio miſeram tua dextera iuſto.
Tu nato ipſe tuo mandans ut uinceret illam
Morte ſua:uitæ fontem quē ſanguine fuſo
Præcipiti merſum flebam miſeranda barathro:
Sulphureis non paſſus aquis/nec carcere ſaxi
Arceri:ſed magnanimi nunc more leonis
Accitum:tanta donaſti luce perennem
Quanta ipſum decet eſſe deum:tibi gratia: uilē
Qui tantis cumulare bonis/& flumine uiuo
Abluere ancillam non ceſſas:& tua fundis
Vbera pręcelſę bonitatis/in arida corda.
Talibus exultat ſummo regina tonanti
Immenſum felix:cuius qui pandere uellet
Lætitia uerbis:concha ſiccare puſilla
Quęreret Oceanū fruſtra/ & numerare minuta

Sęmina q̄ dicūt mūdi/& maris addere arenas.
Interea redeunt alacres/& fronte ſerena
Matronæ/tumulo iam ſurrexiſſe fatentur
Incolumem Ieſum:& matris pia gaudia firmāt:
Margine ſe tumuli iuuenes uidiſſe micantes:
Quorum reſponſo iam ſurrexiſſe ſepultum
Audierint:uoluiſſe illis nil credere:at intus
Inueniſſe nihil:magis hinc flenuiſſe cadauer
Sublatum: & lachrymis miſerabilibuſq; querelis
Luſtrauiſſe locos:cūq; errabunda quietem
Magdalia acciperet nullam:uitale ſepulcrum
Inſpexiſſe iterum:& iuuenes uidiſſe micantes:
Quorū nec uerbis tulerit ſolatia: ſed ſe
Conuerſam forma Ieſum uidiſſe coloni:
Nec prius agnouiſſe illum:quam uoce ſerena
Mulxerit attonitas aures:nec tangere ſanctos
Tunc licuiſſe pedes:ſed paulo poſt ſibi uiſum
Matroniſq; aliis/omnem abſterſiſſe dolorem/
Et lachrymas:tactūq; pedum indulxiſſe piorum.
Hæc tamen attonitis fidei nihil addere poſſunt
Diſcipulis:quorum ruerat ſpes omnis in auras:
Exciderant promiſſa animis:& ſigna tonantis
Imperio ſibi uiſa prius/dum mente retractant:
Mors inamœna ſubit/morſu & uiolenta tenaci:
Quæ nulli parcens nullo diſcrimine ſeruos
Nequitiæ/atq; pios rapit:atro & deiicit orco:
Vnde referre pedē/ſuperaſq; emergere ad auras

Diſcipulo rapti quondam ſenis igne coruſco
Non licuit uati:quãuis ſua pectora duplo
Spiritus imbuerit:potuit reuocare ſepulcro
Conditus exanimem:potuit ſua pignora matri
Reddere:mors tamẽ illũ etiã ĩperioſa cohercet:
Et ſolitus magnum toties audire tonantem/
Quãuis diductis populum traduxerit undis
Per mare puniceum Moſes: & flumina ſaxo
Fuderit/& ſummo diuina cibaria cælo:
Et qui Iordanem ad fontes retrocedere iuſſit/
Saluator populi:& properantem ſiſtere ſolem
Auſus:& imperio cælum frænare quietis
Ignarum:quãuis tantis ſua ſæcula miris
Implerint:legem mortis/prædu raq; fati
Vincula/non potuere aliquo uiolare fauore.
Ergo aliqui exanguẽ credunt mulieribus umbrã
Errantem/uultu potuiſſe occurrere blando:
Atq; alii raptum magna impietate cadauer
Suſpirant:ſed Ioannes & Petrus amore
Vt fuerant magno: propere ut tot ſigna uiderẽt
Egreſſi. lacerant magnis ſua pectora curis:
Nanq; animi ſpes interdum nutantibus hæret:
Aſt alios regina piis ad ſidera uerbis
Excitat:& patris imperio qui cuncta creauit:
Eſſe haud difficile:ut mortẽ ruat: eq; profundo
Emergat:pater ipſe mori quem iuſſerit ultro:
Dumq; illos dulci mulcet ſermone: ſepulcro

A uacuo ad fratres redeunt:& ſancta renarrant
Ioannes Petruſq; ſui miracla magiſtri:
Lintea ſe uacuo ſimul aſpexiſſe ſepulcro:
Quin etiam Petrus uiſum ſibi prædicat auris
Fulgentem Ieſum placidis:minor inde Iacobus
Ingreſſus/ dominũ iam ſurrexiſſe fatetur:
Mandantem quæ uouiſſet ieiunia:donec
Cerneret a tumulo redeuntem:ut ſolueret/ atrũ
Deponens luctũ:& ſtomacho iã redderet eſcas.
Interea heſperiis ſua ſol iuga mergit in undis:
Et cedit gelidæ poſt ſera crepuſcula nocti:
Ecce uenit propere Cleophas/alterq; ſodalis/
Ad fratres:Ieſumq; oculis uidiſſe renarrant
Incolumem:nam ſeſe abeuntibus ipſe uiator
Addiderat medium:& mœſtos ſcitatus amicos/
Quid ſibi tot gemitus uellent? illi ordine lõgo
Rettulerant mortem/ſancti & tormẽta ꝓphetę.
Ipſe ſed argutis monſtrauerat ardua uerbis
Dicta Prophetarũ/ſic præmonſtraſſe futurum.
Quin opportunam mortem & tormẽta fuiſſe:
Victori ut mortis foret ingens gloria in æuum.
Agnitus his tandem fuerat:cum frangere panẽ
Cœperat omnipotens:liquidiſq; euaſerat auris.
Dũq; ea diſcipuli uario ſermone loquuntur/
Spemq; metũq; inter dubii/ mixtũq; dolorem:
Et regina omneis hortatur:ut æthere credant
Delapſum ſummo a clauſtris potuiſſe ſepulcri.

Surgere:tum foribus clauſis/iam clarior aſtris/
Improuiſus adeſt Ieſus:pacemq; ſerenam
Attonitis præbet:iãq; ipſe timentibus inquit:
Ne trepidate:ego ſũ:toties q ſurgere ab umbris
Pollicitus:uani nec credite corporis umbram:
Tangite mẽbra:quibus ſolidũ cognoſcite corpus
Continuo proſtrati omnes fulgentis adorant
Numen:& expoſcũt ueniã:quod tẽpore belli
Fugiſſent trepidi:nuperq; extincta fuiſſet
Speſq; fideſq; omnis tumulo ſurgentis ab imo:
Confeſſiſq; pius benedicit:& omnia delet
Crimina:& effundẽs ingẽtia gaudia/monſtrat
Vulnera:ne dubitent ultra:clauſoſq; recludit
Sic animos:ut tanta dei myſteria norint:
Afferriq; cibos iubet:& pius aurea mella/
Et piſces aſſos comedit:ſeq; ingerit illis:
Qualis & ante fuit.matris quis gaudia poſſit
Enumerare piæ?dum contemplatur honores
Perpetuos nati:quem iam fore cernit in æuum:
Qui cælũ & terras larga ditione gubernet:
Et proprios hominũ iam depoſuiſſe labores:
Proq; tot ærumnis/tantũ reparaſſe decorem/
Nec faciles dictu dotes.quid Martia clarum
Roma Dionæi miraris Cæſaris aſtrum?
Nam miſer imperio deiectus ab ille ſuperbo/
Tartarei nunc præda iacet uiliſſima ditis:
Hunc ſolem mirare tuum:qui lumine mundũ

Aſperſit roſeo:cuius tu numine iuſtis
Ad ſuperos tranſlata orbē moderaris habenis:
Et matrem uenerare piam:quæ ſola tenebris
Accurrit ſine labe tuis:& tranſtulit omne
Imperium/ad ſummæ felicia regna quietis.
Inde ubi diſcipulos uidit uelamina cordis
Depoſuiſſe ſui Ieſus:matri oſcula fixit
Dulcia diſcedens:liquidis & ſe abdidit auris.
Tum uero immenſum ſitiunt a flumine uiuo
Pocula:& eſuriunt animo mellita magiſtri
Verba ſui:cuius ueſtigia lambere uellent:
Et ſibi nunc inops quos copia maxima quondā
Dulcibus implerat monitis:de more uidentur.
Forte thomas læto ſociorum almæq; parentis
Defuerat cœtu:dumq; illi hæc uiſa recenſent
Veridici fratres:ſe credere nolle/niſi ipſis
Vulneribus digitos figat/coſtæq; patenti:
Reſpondit:facileſq; oculis fallentibus umbras
Haud mirum ſolitas ueros effingere uultus:
Quoq; magis dicūt:magis hic præcordia durat.
Cumq; die octauo ſancti pia turba ſenatus/
Atq; Thomas/tali tempus ſermone referrent:
Ecce bonus coram mediis ſtetit ædibus/auro
Conſpicuus paceq; ſuam dedit omnibus author
Pacis:& immenſum qui Martia bella per orbē
Iampridē bacchata fugauerat: inde ſerena
Voce Thomā/& dictis lætus cōpellat amicis:

Infer uulneribus digitum:palmamq; fidelem
Merge meo lateri:ut credas non corpore uano
Surrexiſſe tuum ſalua pietate magiſtrum:
Tum ſubito tactu miracula clara tonantis
Confeſſus/genibus poſitis hæc edidit ore:
Tu deus es ſummo demiſſus culmine cæli:
Tu dominus Ieſu alme meus: ueniãq; precanti
Candidus indulget Ieſus:tamen aſſerit illos
Felices fore: quos merito decorauerit amplo
Clara fides:oculis quæ ſpem non ſuſcipit ullam:
Sed credẽs/animo æthereũ conſcendit olympũ:
Hinc matris petit amplexus:iãq; aureus illi
Aſſidet:& coram ueneratur:& omnibus almã
Commendat/ſeruire illi per ſecla paratis:
Quã iam non dubitant matrẽ appellare tonãtis:
Virginea quæ ſancta deum conceperit arca.
Immenſum iam ſancta parens lætatur amoris
Officio:nam quos comites in funere natus
Liquerat attonitos: læto pia gaudia uultu
Fundere iam uidet:& triſteis poſuiſſe tenebras.
Vt tamen ingenti compleuit pectora ſancti
Lætitia cætus:matris petit oſcula:& auris
Se condit uacuis/repetẽs nemora inclyta eois
Cælſa iugis:ubi uita uiret:bonaq; omnia creſcũt/
Elyſiis meliora bonis:quo præſtat inani
Picturæ lux uera ignis/uis uera caloris:
Hic dominus quos e ſtygiis eduxerat antris:

Expectare patrum pia iuſſerat agmina: donec
Aſcendens uictor clauſum reſeraret Olympum.
Credibile eſt: quibus alma ſalus promiſſa ſuorū
Præcipue fuerat renū de ſæmine: natum
Qui mactare ſuum ſummoq; offerre tonanti
Non ueritus: regēq; pium: qui perdidit hoſtem
Immanem/puer æthereis adiutus ab oris:
Virginis affectos facie: quæ filia ab alto
Extorquere dei genitum meruiſſet Olympo:
Per quā parta ſalus mundo: exoraſſe: ſerenis
Moribus illuſtrem iam cernere: cūq; ueniret
Filius ad matrē ſanctam de more frequenter:
Aethereo regi comites ueniſſe: ſed almi
Virgineos oculos dum contemplantur honeſti/
Et domini plenū ingeniū/pectuſq; ſerenum/
Et mentem ſine labe piam incæleſtia raptam/
Septifidaq; dei transfixam corda ſagitta:
Mirantur: fixoq; hærent ſua lumina uultu.
O quantis nitet interius uirtutibus? o quam
Culta ſuis patribus quā pulchro corpore uirgo/
Humano generi/& ſuperis ueneranda uidetur?
Haud mirū ſi ſancta deus præcordia amauit:
Diuinum e caſto ſi ſumpſit corpore corpus.
Reginam matremq; dei iam uoce ſalutant
Diſcipuli intrepida: & ſūmo uenerātur honore.
Iāq; dies aderat celeberrimus: æthereas quo
Aſcenſurus erat ſedes rex inclytus orbis:

Virgineum in thalamum læti de more ſodales
Conueniunt:referuntq; ingentia geſta uiciſſim
Aetherei regis: Ioſephum quem carcere tetro
Merſerat impietas procerũ: quia cõdere corpus
Curaſſet tumulo ſanctum:eripuiſſe cateruæ
Cũſtodum clauſis foribus:quin tempore quo ſe
Eduxit tumulo Ieſus:cecidiſſe timore
Cuſtodes magno attonitos:nã clauſtra ſepulcri
Donec fulxiſſet lux tertia : cuſtodiri
Ingenti ſtudio procerum ueſana ſimultas
Iuſſerat:& Ieſum iam ſurrexiſſe fateri :
Et niſi clauſiſſet funeſta pecunia fauces:
Veridicis totam impleſſent clamoribus urbem.
Ergo ut erat petrus magno correptus amore
Virginei Ieſu:dum talia prædicat ; omnes
Dirigit in matrem laudes:tibi gratia uirgo
Intemerata:pio cuius iam munere mundo
Pellitur omne nephas: nã quę promiſerat olim
Omnipotens:larga fieri bonitate uidemus.
Quis placidum mitẽq; queat laudare magiſtrũ?
Qui bonus immenſum nos diligit:ille fidelis
Pollicitiq; memor Galilæis diuus in oris
Omnibus effulxit nobis:docuitq; per orbem
Nos fore legatos ueri iam numinis : & ſi
Corpore abeſt:animo nũquã per ſæcula linquet:
Iſq; poteſtatem nobis bonus addidit omnem:
Quam patris a ſolio accepit.quis muneris huius

Credat poſſe tibi dignas perſoluere grates
Alma parens? nonne ille iterũ piſcantibus ultro
Conſpicuus nobis fuit obuius? æquore toto
Nocte mihi captum fuerat nihil: ille ubi uidit
Iam feſſos procul: o pueri iam retia dixit
Fundite dextrorſum: & piſces prædãq; trahetis:
Agnitus eſt nulli primum: ſed retia poſtquam
Fudimus: ingentem prædã uix inde trahentes/
Senſimus eſſe almũ mundi decus: ipſe ego põto
Proſiliens/celeri perueni ad littora curſu:
Vt uiſo fruerer: nobis quem ſancta dediſti
Mater/ab æthereis demiſſum ſedibus orbi.
Sed quid iã prohibet? quin lõga ſilentia rumpã/
O gemini uirtute pares/ Zæbedeia proles:
Quæ tribus indixit nobis: de morte profunda
Donec ad æthereas bonus ipſe reſurgeret auras:
Surrexit: fariq; licet: conſcendimus altum
Montem/cũ domino nondum crudelia paſſo
Funera: quem ſolis radiis fulgere repente
Vidimus: & niueos fieri fulgentis amictus:
Ad quẽ mox gemini raptim acceſſere prophetæ
Helias Moſeſq; pater: mihi credite fratres:
Senſimus æthereũ tanta dulcedine nectar:
Vt tribus ipſe illis fieri tria tecta rogarim/
Ebrius/oblituſq; hominum/mundiq;/meiq;:
Lucida quos nubes tum circunfulxit? & inde
Terribilem uocem/meus eſt hic filius: ipſum

Audite:immenſi nequeuntes ferre tonantis:
Attoniti ruimus/ſenſuq; & mente carentes:
Donec proſtratos exciuit Ieſus:& omnes
Excuſſit de corde metus:ſi talibus auris
Cum mortalis erat:fulxit:quo lumine clarum
Iam fore credendũ eſt/ deuicta morte? ſupręmo
Quẽ tu ſancta parens traxiſti e uertice olympi?
His dum læta cohors paſcit præcordia dictis:
Vt ſaltẽ memores domini bonitate fruantur:
Ecce repentino Ieſus fulgore cateruæ
Inſeritur:ſuperis iam ſuſcipiendus in aſtris:
Nanq; quaterdenis uoluit pius eſſe diebus
Cum matre & ſociis: donec uitæ ardua noſſent
Argumenta ſuæ/ſtygiis redeuntis ab undis.
Ergo ut erat radiis per amœna micantibus ora
Conſpicuus:matrem petit:illi dulcibus auris
Nectareum placidus late ſuffundit odorem:
Amplexuq; pio refouet:uultuq; ſereno
Imponi menſis epulas iubet: atq; parenti
Aſſidet:ac læti diſcumbunt ordine longo
Diſcipuli:qbus hoc monumẽtũ & pignus amoris
Oſtendens/tali placidus ſermone profatur.
Iã curſum & mandata patris ueneranda peregi
Omnia:parta ſalus mundo:& data ſæmina uitę:
Tempus adeſt:quo regna petã ſuprema parẽtis:
Sedibus æthereis/& amœna in pace quieſcam:
Ne tamen hinc Solymis fratres diſcedite:donec

Promiſſum mittā munus patris: æthere ab alto
Spiritus effulgens miris uos imbuet auris:
Omnia quæ craſſo carnis uelamine menti
Difficile eſt nunc noſſe:ſua bonitate docebit.
Igneus & lato diffuſus numine terris/
Arguet in uobis totum præconibus orbem:
Nam terras luſtrare omnes/ & pandere oportet
Vos nomen ſine fraude meum:teſteſq; fideles
Effari ætherei populis bona nuntia regni:
Et purgare animas diuinæ aſpergine lymphæ.
Dixit:& illorum praua & male credula corda
Arguit/oſtendens humiles fore crimina quorū
Exprobrat coram; mortalia pectora cæcis
Criminibus ſuffuſa manent:niſi numen in illis
Effulgens/purgata uetet ſuccumbere morti:
Nam uirtus eſt ad ſummum referenda tonantē:
Dumq; docet fratres rex inclytus:alma recūbit
Diuino ingremio mater/pia gaudia mentis
Suſcipiens:rediuiua ſui dum corpora nati
Contemplatur/ad æthereum aſcenſura parentē:
Dum tamen ingrata ſentit tellure relinqui
Se ſine delitiis; triſtes amor oſſibus hærens
Extorquet lachrymas/taleſq; a pectore queſtus
Fundit amās:ne ſancte ꝑcor me nate relinquas:
Viu ere quæ ſine te nequeo:ſequar ut tua ſemper
Numina:concedas(oro)nate alme parenti
Nanq; potes:nec me tenebris ſine uiuere in iſtis.

Filius & matris curas his demere dictis.
Alma parens toto eſt qua nil mihi clarius orbe:
Siſte precor gemitus:triſti quos pectore fundis:
Et nati lætare tui iam numine claro/
Tendentis proprio ad patrẽ ſuper aſtra uolatu.
Te modicũ ingrata expedit tellure morari:
Paulatim templi dum fundamenta locentur
Prima mei:nam qui uenient exorbe remoto/
Ignibus afflati ſuperis:te deniq; uiſa/
Cuius ab ore fluent niuei pia flumina lactis:
Ad ſolidos petræ uenient ſurgentis amores:
Parta ſalus generi humano: lectiq; per orbem
Præcones ſanctæ fidei: ſed ſola micantes
Effundens radios/operi tu lumine ſancto
Intemerata dabis:ſed te manet inclyta cæli
Regia:nã tandem ueniam:teq; alma reuiſam
Mater:& æthereo reginam in culmine ponam.
His genitrix nati pellit ſua cõmoda uerbis:
Vincit amor populi:pro quo ſi ſubdere tanto
Eſſet opus precio preciũ/iam morte redempto
Inſontis nati:ſæuum ſibi uulnus/& ultro
Mors obeunda foret/cruciatibus obſita diris:
Ergo animo tranquilla pio conſentit:& omnes
Depellit curas:& gaudia ſuſcipit imis
Viſceribus/felix nati felicibus auris:
Sũmotis rex deinde epulis quibus almus ab alto
Fouerat ipſe cibi non indigus æthere mentes:

Iuſſit oliueti propere ut faſtigia adirent:
Aethereas unde ad ſedes fulgentis olympi
Aſcenſurus erat coram/cæloq; locandus:
Extemplo & liquido ſe condidit aere: qualis
Nubibus æſtiuis fulgor depromptus in auras:
Territat attonitos oculos:refugitq; repente:
Protinus expediunt ſancti mandata magiſtri:
Egreditur regina parens & uirgo/per urbem
Incedens/humili fratrum ſtipata caterua
Vndiq; mirantur proceres uulguſq; ferinum/
Et luctum/& gemitus/uerſos ingaudia/cæcis
Obducti mentem duro ex adamante tenebris.
Vt uentum ad iuſſi frondoſa cacumina montis:
Ecce micans radiis cæleſtibus aſtitit:& ſe
Oſtendit Ieſus coram:ueſtigia cuius
Grādæuus ſequitur generis pater:& pia poſt hūc
Sanctorū ſoboles ſe corripit agmine longo/
Corporeos exuta artus/nulliq; uidenda.
Maternos petit amplexus pius:atq; pudicæ
Mentis alit uires:caſtiſq; dat oſcula labris:
Fratribus inde ſuis certatim ſedulus hæret.
Reginā interea cernunt:animaſq; uolucres
Nuſq̄ deflectunt:patrū ueneranda caterua:
Laudibus illius extollunt nomina:& illi
Aſcribūt cauſas fracti modo carceris: illam
Nec dubitant dixiſſe hominū per ſæcla ſalutē.
Tandem ubi cæleſtis ſapientia/numine cuius

Fundamenta orbis medio ſtant fixa profundo
Perpetuo curſu circunlabentibus aſtris:
Humanos induta artus/ ratione decoram
Cui dederat formã:uita ut decoraret in aſtris:
Fratribus/ & matri lætiſſima pectora mulxit:
Paulatim ſe attollit humo:radioſq; micanteis
Vndiq; diffundens/oculis ſe præbet euntem
Attonitis:qualem aſpiceres a littore nauem
Propulſam uento/paulatis auertere puppim/
Paulatim in pelagus procurrere/iamq; uideri
Puppe tenus ſumma minus:& turgentia uela
Vix tandem candore ſuum mõſtrare colorem:
Subtrahere inde oculis penitus ſeſe ęquora feſſis.
Talia ſuſpiciens mater ſpectacula:uix ſe
Temperat a lachrymis: pietas q̃s mixta ſup̃mæ
Lætitiæ/& ſancti pia flãma miniſtrat amoris:
Genuaq; figit humi:diuo & benedicit alumno:
Poplite tum fratres flexo fulgentis adorant
Numen:dũq; acie poſſunt contendere in auras:
Lumina deflectũt nuſq̃ aſcendentis ab ore.
Quid ſi uidiſſent animarum caſtra piarum/
Hoſtibus & morti ſpolia intercæpta ſuperbę/
Aſtriferi poſt terga ducis ſuper aſtra referri:
Quid ſi uidiſſent occurrere candida regi
Milia cælicolũ:nam quot ſuper æthere regnãt:
Tot reduci domino frontem effudere ſerenã:
Læti exhalaſſent animas:ut tanta ſequuti

Agmina

Agmina/participes fierent radiantis olympi.
Lucida iam nubes ſubtraxerat ardua Chriſti
Mēbra:ſed attoniti nuſquā ſua lumina flectunt:
Donec ab æthereo delapſi uertice fratres/
Candida ſuccinti uelamina/talibus illos
Compellent dictis:diſcedite: nec modo Ieſum
Expectate uiri:nam qui penetrauit Olympum:
Sic ueniet tandem poſt omnia ſæcula iudex.
His dictis moniti reginā in tecta reducunt.
Diſcipuli:cuius iam candida ſigna ſequuntur:
Proq; piis chari monitis radiiſq; magiſtri/
Hācaudire parāt: huic credere: nec ſibi maius
Suſcipere a domino monumentū poſſe fatētur:
Quā linguā ambroſiam/q̄ ſanctæ exēpla parētis:
Vt rediit:ſolo condens ſeſe alma cubiclo/
Succendit pia thura deo:& ſe ſubtrahit orbi/
Inſublime animā rapiens/ poſt cādida anhelam
Signa ſui nati mortali a corpore ſolui.
Quid ſibi cum terris:abiit theſaurus ad aſtra
Ille ſuus:quem corde ſequi/ſi corpore non eſt:
Alma parat:tantis luctantem exire tenebris/
Spiritus in campos trahit omni flore uirentes:
Efflabant auras ubi candida lilia odoras:
Et fatuus frutices inter conuoluolus hirtos:
Narciſſiq; decus pueri:& gratiſſima florum
Peſtano prælata iugo roſa:ceſpite uiuo
Spargebant humiles uiolæ decus;undiq; caltæ

Luteolæ & Baccar referẽs ſua Cynnama odore:
Floſq; Croci Cylicis: Lothos: puerīq; Hyacinthus
Fortis & æacide monumentũ: inodorataq; Nili
Buceros: & flauũ Ambrotonũ: nec Amaracus illo
Vilior: & caſtum ingenium quæ diligit Iris/
Illyrico producta ſolo: redolenſq; ſub umbras
Heſperis: & ſaliunca humilis: mutanſq; colorem
Teucrios/ & ternas ſumens a ſolo figuras:
Spicaq; purpurei carpi cupiens Amaranthi:
Et cyanos: uiridiq; inuentus Bellio prato: (li
Aurea Chryſocoma: Caſiæ decus: & Thyma mel
Exoptata apibus: Cythiſuſq;: altũq; papauer:
Atq; uenenato Rhododẽdros melle: Iouis flos
Non aberat: nec ſerpillũ: Colocaſia: Achantus:
Atq; Helenę lachrymis flos editus: & nocturnũ
Nyctipolos reddens lumen: uarioq; colore
Vndiq; fulgebãt flores: quos obuius Euro
Semp alẽs Zephyrus cãpos decorabat amœnos.
Huc ſublata animo uirgo / hanc ex æthere uocẽ
Audiit: æthereos ſi uis regina triumphos
Noſſe: inter flores campis quos inſpicis iſtis:
Elige pallidulam uiolam: cui panditur ęther/
Qua gaudent ſuperi: & cingẽs hoc tẽpora ſerto/
Huc ades: his edocta humilem regina coronam
Sumit & aſcendens natum comitatur euntem:
Ingentẽq; globũ lunæ miratur: & inde

Haud uiſu faciles tenebris paruaq; figura
Miratur terras/imo pendere profundo.
Quã fatuũ eſt inhiare breui generoſa uirorum
Pectora & inſtabili per mille pericula mundo?
Ad cęli ſpatium quota portio luna? nec uſquam
Apparent terræ: quid cum ſuperaueris orbem
Supremũ: bis ſex lucent ubi maxima ſigna:
Angelus his dictis ſuperatum a uertice monſtrat
Mercuriũ pedibus celerem/duploq; per auras
Sublatum ſpatio: quam ſeſe argentea Phœbe
Latonæ e gremio extulerit: moxq; æreus illi
Lucifer occurrit/triplo per inania mundi
Mercuriũ ſuperans: fœcundũ hinc lucis ad aſtrũ
Vt uirgo acceſſit: quadruplo quod uincere certat
Luciferum: licet aſſurgens Cyllenius illum
Et Venus interdũ ſuperet: iam credidit urbem
Eſſe ipſam ſuperũ: ſed dux id protinus illam
Admonuit Phœbi eſſe iubar: qui lumine mũdũ
Aſpergit: uitamq; utero pater uſq; miniſtrat
Aureus: & medios ſortitur in æthere currus:
Corporeas liquida ut moderetur luce tenebras:
Eſſe ſed o tanto angelicos ſplendore penates:
Vt ſolis radii cedant cæleſtibus auris.
Dũq; ea miratur: durum ſuper euolat aſtrum
Martis/ ter triplo euincens hyperiona tractu:
Stamneus hinc ſubito ſuperatur Iuppiter: illum

B ix q̃druplo uincens/nouieſq; ter ęthere uictus
A genitore fero cui plũbea lumina torpent.
Circulus ut ceſſit mox ſeptimus: alma decorum
Suſpexit taurum/pandentem cornua retro
Ingeminos: fruſtra clunes cui quærere tentes/
Tãtus erat geminis iũctus: quantũ ęthere ab illo
Interras ſpatiũ patet: & iam comminus audit
Concentũ uirgo dulcem/& modulantia curſu
Sidera diſpoſito carmen: quod tradidit orpheo
Calliope: ſuaueſq; agere aſpicit aſtra choreas.
Mirantem dux ad cæli fulgentis amorem
Excitat: aſtra uides quanto cælum omne decore
Cõplerint: quãtis locus hic ſit dotibus auctus:
Omnia deſpicies: nihiliq; uidebitur omnis
Iſte decor: claris poſtq̃ diſtincta ſmaragdis
Regia cælicolũ fuerit patefacta triumphis:
A te ſancta parens geniti: uictoria cuius
Inclyta te ſuperis/& cuncto prætulit orbi.
His edocta parens liquidis ſuperaſtitit undis/
Semotis cælo a reliquis: fundataq; gemmis
Mœnia conſpiciens fuluo radiantia ab auro/
Cælicolũ atq; patrũ ſeſe addidit alma coronæ/
Stantis in obſequium nati: qui pectore toto
Prominet: humanos oſtentat & aureus artus
Rex ſuperũ: clauſaſq; antiquo crimine portas
Protinus aſcendẽs/crucis atra claue recluſit.
Continuo nitor inſolitus circundedit omnes:

Atria iamq; patent Chriſtallina:fulget Iaſpis
Vndiq;/perq; uias/perq; alta palatia : & aurum
Exornat uitrea radiantia tecta figura.
Quis tantum proferre decus fulgentis olympi
Audeat? & quę nō oculis monumenta uideri/
Nec poſſunt liqdas hominū deſcēdere in aures:
Siue animo uolitante capi:dum carcere terræ
Arcetur:certet breuibus componere uerbis:
Hunc tantum regina mihi concede fauorem:
Vt liceat ſaltem ſimili recitare figura
Victoris nati claros ſuper aſtra triumphos.
Ingenio ſuccurre:piū & tu dirige carmen:
Cuius honore liber numeroſaq; pagina ſurgit.
Protinus aurigæ gemini/quorum alter amictus
Saphiro/uiridiſq; alter cui fulget Iaſpis:
Aethereū ambroſiis ſpirantes naribus ignem
Educunt uolucres:ſurgitq; a fronte dicæos
Arduus/& recta figens ueſtigia planta:
Et phronimos/cuius lucent Iacynthina terga:
Sardiaq; oſtentans a pectore corda Cratæos
Fortis adeſt:cultaq; nitens uirtute Colaſtos
Candidus/& uirideis effundēs frōte ſmaragdos:
Hos iuga cōnectunt amethiſtina : currus ab imo
Aureus ad ſummū præcingitur igne coruſco/
Gemmatiſq; rotis:quarum immortalis habetur
Vna/nitens radiis ſolido ex adamante profuſis:
Altera ſubtili eſt redolens opobalſama tactu:

Tertia ſed leuibus toto uolat æthere pennis:
Sole nitet:claráq; effundit quarta figuram:
At ſoliū curru impoſitū uiret:atq; ſmaragdos
Vndiq; diffundit:cui circunuoluitur Iris.
Quattuor id ſubigūt oculorum animalia plena /
Vir/leo/cū uitulo/& ſapiens iouis armiger/altos
Suſpiciens ſolis radios:& gurgite uiuo
Vndiq; colluitur ſoliū:quod maximus altos
Oſtentans humeros conſcendit Iaſpide clara
Effulgens Ieſus:quam Sardius undiq; cingit
Sāguineus:ſceptrūq; tenet:quo regia parta eſt
Myrrhatū:innocuiq; ſuper forma eminet agni.
Ipſe coronatus puro dium caput auro/
Sole nitens/ſolio uoces & flumina mittit
Altitonans:radioſq; procul diffundit apertos:
Candidus excepit fulgentia ſigna Raphael
Luminis angelici clarum iubar:& chorus omnis
Sollennem duxere diem:& uictoris honore
Concentū cecinere pios:partimq; ſequuntur
Fulgentem currum:partim & felicibus auris
Præcedunt:geminiq; canunt.tibi gloria mortis
Quā ſerpens olim mundo intulit/inclite uictor:
Iam de tartareis animas ſeruare licebit
Rictibus:& toto fructū tibi reddere mundo:
Hactenus aſtitimus foribus:miſeroſq; rebelles
Ne quicq̄ claro tentauimus addere cælo:
Felices quos iam inſpiratio noſtra mouebit:

Cum iamiam uireant diuini ſæmina uerbi
Vndiq;:nec ſolymis tantum ſit ſancta iuuentus:
Altera iamq; dies aderat:ſecreta reuelans
Ardua:fatidicoq; nitens archangelus ore/
Agmina cōponit Gabriel cryſtallina : quorum
Regia maieſtas promit uerūq;/fidemq; :
Excepit ſubito claros chorus ille triumphos :
Et dominū cecinere ſuū.tibi maxime uictor
Phythonis:populos qui perdidit ore recentes:
Gloria/laus/uirtus : tulimus benenunt pacis
Verba tuę/ad populū tenebris morboq;ſepultū:
Iam fore:qui tenebras morbūq; repelleret oēm
Luce ſua:iam uera patent:quæ diximus olim :
Iamq; tuis radiis totum complebimus orbem.
Inde ubi proceſſit lux tertia:lęta triumphis
Agmina uirtutū frontem effudere ſerenam :
Fulgores crebros fundebant ore potenti/
Fulminaq;/& cauſis horrenda tonitrua miris:
Mira illis facies/& prodigioſa uideri
Veſtis:& inceſſu confringere ſaxa ſeuero :
Victoriq; nouas laudes cecinere.Chimæram
Peſtifero flāmas fundentem & olentia rictu
Sulphura/cum nigro per falſa uolumina fumo:
Parthenia genitor fixiſti ſancte ſagitta
Quam tecum ętherea redeūtem cōde pharetra:
Omnia nā terris immania monſtra peremit.
Inde poteſtates quartū excepere triumphum;

Victoris Ieſu/ſolido ex adamante ferentes
Thoraca/& clypeum/& fulgēteis uertice criſtas:
Dumq; reos preſſis arcebant calcibus hoſtes
Sulphure tartareo:nec reſpirare ſinebant:
Cantabant læti:tibi gloria/fama/triumphus/
Cum ferruginea dederis torquere catena
Venalem prædam uictor:depulſaq; cælo
Agmina, ſupremas indigna reuiſere ſedes:
Quæ ſi traxiſſes manibus poſt terga reuinctis
Victor ad æthereos ſpectacula dira triumphos:
Clarum peſtifero turbaſſent æthera tactu:
Atq; ideo æternū tenebris torquenda relinquis.
Quinta dies aderat: lauri uiridante corona
Fulgentes archæ/atq; Iacynthina cingula lūbos
Succincti/& ſenſus ſolidi frænare rebelles/
Victori occurrunt reduci:& pia carmina fingūt.
Inclyte quis cumulū laudum celebrare tuarum
Sufficiat uirgo/puro & fulgentior auro?
Qui mundi ſenſus olidi iam principe cæſo/
Tu princips cohibere paras:ut cynnama culto
Pectore/& æthereo ſpirent opobalſama tactu.
Aſt ubi ſexta dies fulxit:dominantia mundo
Agmina/& imperio ſuperum præfecta uirūq;/
Depoſitis ultro ſceptris pia thura dedere/
Obliti trabeas/& regia munera/diuo
Victori:& laudes cantu dixere ſereno.
Nulla tuis meritis æquari carmina poſſunt.
Rex ſuperum

Rex ſuperum: qui deiecto tua regna tyranno
Non modo diuinis moderaberis altus habenis:
Verum & uirginea ſuccinctus carne/uirorum
Et ſuperum fies dominus/rectorq;/paterq;.
Inde ubi patrias conſcendit uictor ad arces:
Excepere throni reducem qui pectore iuſto
Imbuti/& linguã uero/& moderamine frontẽ/
Ecædro regi æthereo uiuumq; tribunal
Præbent/iudiciis/ſummoq; in ſæcula regno:
Nec tacuit carmen chorus hic ſolenne triũphis.
Gloria/fama/decus/ſit iam tibi candide iudex/
Iudicium diri conuertens iudicis in ſe:
Vulneret ut propria demens ſua corda ſagitta:
Nam gladii ancipitis uulnus quo perditus ille
Vitam exhalabit/pariter cum gente ſuperba:
Seruaſti extremã iudex merſurus in horam
Sulphureo manes diros phlegetonte uiroſq;.
Octaua mox luce ſophis præfecta cherubin
Occurrũt regi: atq; argẽtea lumina fundunt/
Vndiq; Chryſolithis ornati tempora fratres
Atq; cãnunt reduci carmen. ſapientia prima
Sumpſimus unde pios radios: tibi gloria in æuũ:
Qui iam ſupremo depulſum dæmona cælo/
Dũ numen/mundũq; ſibi miſer arrogat omnẽ:
Et nomen ſapientis habet: cum cœca uirorum
Pectora ſollicitet: fatuũ/& ſine numine mõſtras:
Expurgaſq; alios hominũ: ut tua numina norint.

Hinc ubi proceſſit: nonū excepere triumphum
Aurea pectoribus Seraphin: quorū ignea flāmas
Ora uomunt: & amore dei pia pectora flagrant:
Hic amor excellit ſuperis: hic corpora terris
Eximit: & ſummo iungit ſuper aſtra tonanti.
Huius ſancta cohors fulua transfixa ſagitta/
Et cecinit laudes & carmina: qcquid in orbe eſt
Laudibus extollat ſummis tua numina uictor
Liuentis plumbi: quo dirus fixerat hoſtis
Hactenus in dominū mortalia pectora: iam te
Mundus amet: mittatq; ſuos ſuper ęthera fructus:
Iam tibi ſuccūbat dira illa ſuperbia fratris
Depulſi in tenebras: tua iā bona numina norint
Omnia: nec ſanctas deſiſtant promere laudes:
At genus ereptum letho ſæuiſq; tenebris/
Et pater/& ſoboles triſti expugnata ueterno/
Poſt currū aſſiduas nō ceſſant promere laudes:
Dum uictor ſuperi diſtincta per agmina cæli
Ad patrē immenſum ſpoliis aſpirat opimis:
Carceris hi ſordes loti/& male olentia mentis
Vulnere/diuinæ ſuffuſi aſpergine coſtæ/
Afflatu ambroſio/& niueo exornantur amictu/
Succincti lumbos claro pectuſq; ſmaragdo:
Oſtentant phialas quorum pars altera fuluas:
Pectine percutiunt citharæ pars altera eburno
Vocales neruos: & dulcia carmina fingunt
Vt uentū ad ſummi ſuprema cacumina olympi:

Ad patrem aſcendit Ieſus:cui regia cæli
Omnis/& antiquo natura erepta draconi/
Carmina/& ęthereas laudes uno ore canebant.
O decus humani generis/ Titania proles/
Fortis ad aſtra gigas conſcendens ordine miro!
Quis canat ęternum digna tua numina cantu?
Qui; tibi tot tribuat laudes:quot ſācte mereris?
Iampridē impoſito fulmē ſuper oſſan olympo
Iratus forti iaculatus ab ęthere dextra
Merſiſti diro tumidos Phlegetonte ſuperbos
Clauſa quibus ſolis cedit tua ianua nunquam:
At nunc anguſto properans ad ſidera calle
Dulcia præmonſtras humili ueſtigia planta:
Scilicet ut rectam doceas ad ſidera quenq;
Ire uiam:qua ſupremā conſcendat in urbem:
Hac cælo impoſitus forti iam maxime dextra
Expelles regno Cybeles ſine numine prolem.
Ne quicquā libycis fugiet cornutus harenis
Iuppiter:aut corui formā pharetratus Apollo
Accipiet:liber ue capri/torui ue leonis:
Ibis Atlantiaden fruſtra teget:atq; dianam
Nocte micans oculos phelis: Cythereaq; glaucā
Nequicq̄ uenus in piſcem/Iunoq; iuuencam
Verſa/ſuis latebris fugiet tua tela:nec ullo
Criſtatus mauors poterit ſe opponere ferro:
Quin transfixus humum fœdato euerberet ore:
Solus ab æthereo mundū moderaberis omnem

Chriſte polo:cedentq; ſuis Neptunus & Orcus
Sedibus:& uerũ agnoſcent regna omnia regẽ.
Laudibus his ſummũ complebant æthera cũcti
Cælicolę:& tanti mœta eſt ablata triumphi.
Tum Ieſus curru deſcendit:& alta parentis
Numina purpureo immẽſum ueneratus amictu/
Hæc ait:æternum tibi gratia maxime rerum
Alme pater:cuius nutu uictoria parta eſt
Tanta mihi:quantã decuit quęſiſſe tonantis
Demiſſum gremio:ut diros confunderet hoſtes:
Solueret unde reos uinclis/& carcere tetro:
Ecce tuam reddo ſobolem tibi/ſanguine noſtro
Ereptam tenebris:noſtræ pater aſpice dextræ
Cultum opus:& ſimilem nobis agnoſce figuram
Qua reparare uolens depulſos æthere ciues/
Impleri nunq̃ uoluiſti poſſe ter amplam
Orbe aliquo:ni nos propriis cõplexibus intro
Exciperet:foret unde illi uita inclyta ſemper.
Aſpice quẽ dederit genus hoc pr̃ optime fructũ:
(Quippe aderat mr̃) cultã p̃cor inſpice formã:
Virgineas agnoſce genas:mentẽq; pudicam:
Eſt ne uſquã ſuperis tã candida forma theatris?
Tãq; decens?noſtris tã digna hęrere medullis?
Hæc partu ueneranda ſuo terriſq; & olympo
Succurrit:fratreſq; reget:quos nuper ab imis
Exemi tenebris/fidei teſtes fore noſtri:
Pollicitus quibus ipſe ignẽ demittere ſanctum:

Qui mihi cõmunis tecũ eſt:qui me tibi iungit:
Quo duce cõfundant hoſtes:& numina mõſtrẽt
Noſtra uiris.precor alme pater demitte benignũ
Inſobolem lumen:tibi quam ſine labe paraui.
Hæc ait:at genitor quãuis regnaſſet apud ſe
Filius æternum/ſolio indiuiſus eodem:
Tũ tamen humano redeuntem ut uidit amictu.
Excepit gremio diuum:indextramq; locauit
Immẽſum:ætherea ut ſemp corregnet in aula:
Oſculaq; excipiens hæc edidit ore tonanti.
Nate olim cuius mundũ moderamine finxi:
Per quem nate meũ numen laudatur Olympo:
Gloria & oẽ decus per quẽ mihi:q genus ad nos
Humanum reuocas ſapienter corpore ſumpto:
Numinis eſto mei pia gloria/ſumma poteſtas/
Quantus & æternum perq; omnia ſęcla fuiſti.
Purpurea &iã ueſte hominũ pater atq; ſacerdos/
Huc ades:& ſceptro mũdũ moderare paterno.
Suſcipe iudiciũ:& ſobolem iam munere ſanctã
Imbue cæleſti:& recto huc tu dirige calle
Incolumem:noſter deſcendat ſpiritus illuc/
Igne ſuo uitium exurens/quodcũq; remanſit:
Tu tamen eſto mei moderatrix ſancta ſenatus
Filia/terreſtens haud aſpernata labores:
Donec fundentur templi primordia noſtri:
Tunc tandẽ huc aderis ſummis fulgentior aſtris:
Vt genito coniuncta tuo per ſęcula regnes.

Hęc ait:& gremio exceptā benedixit: & ore
Libauit ſummo pater oſcula:quis pia uirgo
Immenſum felix/ſenſit dulciſſima regni
Fata ſui fore ſumma polo:nā quicqd in orbe eſt:
Siue erit uſq;:ſibi ſuprema e mente refulxit:
Et dulcis nato quæ nuper adhæſerat uxor:
Milia quot paritura foret:dum ſanguine fuſo
Per tormenta/ſeges ſiccis exiret ab aruis:
Admirata/pias grates agit:atq; tonanti
Vt placeat ſummo nihili ſua damna/labores/
Aeſtimat & curas longāq; in corpore uitam:
Sic tandem ut uacuis hæſerunt agmina regnis
Sancta patrū:& iuſſu regis ſua quiſq; recepit
Atria:corporeos repetit regina receſſus:
Nec tamen æthereis uirtus diſceſſit ab oris
Omnis:ubi eſt animę pars maxima/uita/decuſq;

M. Probi. Mariani Sulmonenſis Partheniæ Liber Septimus.

Iuus in arenteis iam deflecten
dus harenas
Fontibus a ſuperis / ſterilis qui
clauderet orbis
Fertilitate chaos : qui gramina
redderet aruis:
Imbuat ut prima dociles uirtute colonos
Defluet e cælo:& ſitientia corda rigabit
Quandoquidē ſanctis imbuti pectora fratres
Vocibus ætherei regis(quippe auribus ultra
Non poſſunt bibulis ieiunia ſoluere cordis)
Quid ſitiant? niſi ueridici promiſſa magiſtri:
Ergo ubi quinta dies decies repetita refulxit:
Exquo ſurrexit rex inclytus:æthere ab alto
Spiritus intonuit uitæ pater:omnia cuius
Numine diſtinctas ſeruāt lōgo ordine formas:
Impleuitq; pios ingenti luce receſſus:
Candidus ętherei quo grex paſtoris/ut orbis
Annoſam ſcabiem fugeret liuentis:& eſcas
Quęreret ambroſias reginæ ex ore parentis:
Venerat:unde fluunt liquidi pia pocula lactis:
Dūq; ſedent: referuntq; ingentia geſta uiciſſim
Aetherei regis fratres: almamq; parentem

Laudibus extollunt corã: ſuper ora uirorum
Singula continuo linguæ effulxere uomentes
Lumina flammarũq; globos: quę ſciſſa ſuperbis
Munera linguarum officiis Babylonis iniquæ
Vnirent/ humili auſpicio ſurgentis ad aſtra
Turris/ & humanos cælo imponentis honores.
Continuo ambroſio ſunt corda expleta liquore:
Continuo firmati animi: quapropter inanem
Deſpiciant mundũ: gẽmas/ aurũq;: & honores/
Eſſe putent nihili: dum cõtẽplantur in aſtris
Immenſum/ humano & cinctũ diademate regẽ:
Quem norũt: cuius iam munere cuncta tonantis
Excipiunt arcana: quibus procul orbe remotis
Humanũ ingeniũ non ſufficit: hunc pia turba
Prædicat: hunc cælo ſolum regnare fatetur/
Immẽſum p̃ris ætherei decus: huic bona mẽtis
Et ſua mẽbra uouent læti: nec corpora poenis
Auertunt: mortẽ ue timent: nec uerbera / & atri
Carceris ærumnas fugiunt: thoracaq; durum
Inuicta uirtute parant & ferre per orbem.
At uiuum Chriſti templũ/ cui ſemper inhæſit
Spiritus Omnipotẽs: tãti modo muneris expers
Non fuit: omne bonũ/ uirtus/ probitaſq;/ fideſq;/
Illuc deſcendens ſtetit: æternũq; manebit.
Quid queat inferri templo iam cultius illo?
Eſt paries cui uirgineis a fronte ſmaragdis/
Igne pio effũdẽs radios ſuper æthera pulchros:
Ianue

Ianua clauſa ſemel ſoli eſt penetrata tonanti:
Lumina Chryſolidis effundunt clara feneſtræ:
Intus quicqd ineſt:ornatur Iaſpide fulua:
Saphirus procul ad ſuperos aſpirat honores:
Vndiq; Sardonyces exercet Sardius; altis
Dũ cælo erigitur fulgens ſtructura columnis/
Berillis fulgens Aſarotum ornantibus/auro
Certat ad æthereas tranſire topazius auras;
Chryſopraſſus habet tẽpli pia culmina ſacri;
Quos paſſim lapides ornat fulgẽs Iacynthus:
Tuq; oẽs Amethiſte premẽs/ſup ęthera ſurgis.
Huc cũ regis opus ſapientis ab hoſte ſuperbo
Procubuiſſet humi:dominus q regnat in aſtris:
Lugenti populo promiſerat affore tantum
Muneris: æternũ foret illi utgloria maior:
Quam fuerit quondã tecti decus omne prioris:
Gloria maior ineſt templo:cuius fuit author
Quẽ genuit:nã quo ſibi munera plura dabũtur:
Hoc magis excreſcet pia regia regis Olympi:
Quoq; magis creſcent penetralia grandia cælo:
Hoc magis accedet liquor optimus:utq; medullis
Hæreat:immenſo fluet infinitus hiatu.
Iam ſuperum proceres cæleſtia numina ſancto
Munere ſuffuſi linguas/& corda/loquuntur:
Intrepidiq; canũt Chriſtũ/ruit undiq; uulgus
Miraclũ ad tantum:patriam nam gręcia linguã/
Et latium felix agnoſcit/& accola Nili/

O

Et ponti/& cretes/mædusq;/& parthus/arabsq;/
Phryx/& arenoſis libyæ nutritus in agris:
Quiſq; ſuam linguã Galyleo agnoſcit in ore:
Circunſtant populi:& cæleſtia uerba loquentum
Mirantur Chriſti procerũ:multiſq; fatentur
Numen in ore uirũ:ſunt qui exprobare loquaci
Ore parent tantũ decus:& conuicia iactent:
Vina parare aios:uariaſq; acquirere linguas.
Quapropter miro reſonantia uerba boatu
Effundens petrus e populo tria milia cælo
Reddidit:& primos cõuertit ad æthera fructus.
Quin etiã innumeris cõplebant oppida miris
Veridici fratres paulatim:& pectora plebis
Pingebant radiis cæleſtibus:unde ſuperbi
Pontifices rabidis rumpebant corda uenenis:
Nã quos crediderãt abſumpto abolere magiſtro
Diſcipulos:multa iam libertate per urbes
Aſpiciunt/ſancti iacentes ſæmina uerbi/
Innumeram regi æthereo parere undiq; prolem
Ergo ruunt Stephanũ ſaxis: qui more magiſtri
Implorans ueniam/pro ſaxis mitia uerba
Fundebat cælo Zebedæius inde Iacobus
Cæditur:& petrus uinclis & carcere tetro
Truditur:euadit ſed mox uirtute tonantis
Incolumis:creſcitq; ſeges concíſa flagellis.
Tanta ne uos premit o miſeri clemẽtia ciues?
Conſiliũ ut Chriſti ſanctũ ſuperare putetis:

Viribus & propriis obſiſtere poſſe tonanti?
En procul ignotos populos petet:& ſua ſacra
Auferet ingratis/in fata ruentibus ultro
Peſſima:& in ſyrtes fragilé impellentibus alnũ
Auferet arctoi fideliſſima ſidera cæli.
An Solymas uobis tantũ dedit ille colendas/
Incircunciſos abigens procul?ecce cruentas
Abſterſit mundi maculas:crimenq; remouit
Ruminis atq; pedum:quadrataq; lintea cælo
Demittens/nihil immundũ fore dixit in orbe.
Ergo ubi cæleſtes præconibus addidit ignes
Spiritus:& pedibus nudis talaria/uirgam/
Qua rigidos hoſtes ſub triſtia tartara mittant:
Quaq; animas orco reuocent:harpéq;/lyrãq;/
Et Clypeũ/diræ quo Gorgonis ora repellant:
Continuo innumeras gentes/qua cingitur ingẽs
Caucaſus:ingentiq; fluit qua gurgite Ganges
Et qua regnat Atlas:cælum qui uertice fulcit:
Claraq; qua totũ cohibent Capitolia mundum:
Compleuere deo:quem liuida Iudeorum
Turba premit:ſæuaſq; procul cõſurgit in iras.
At regina humili iampridem cincta corona
Virginea manſit Solymis comitata caterua:
Ancipiti nam pulſus erat/nudaq; carina/
Virbius/& geminæ uento inſurgente ſorores:
Ipſa ſed aggeribus circunuallata teramplis/
Inconcuſſa polo erigitur:ceu turbine magno

Cinctus Athos/pelagi circunlatrantibus undis/
Vndiq; colluitur:uaſto cælum omne fragore
Nubibus accitis/nymbos/& fulmina/ab alto
Deiicit:hunc uenti certant lacerare: ſed ipſe
Exuperans nubes deſpectat tutus:& aſtris
Proximus ingenti fruitur per ſæcla quiete:
Nam Gabriel ſanctā cuſtodit: & ęthere ab alto
Nectar uirgineis membriſq; animoq; miniſtrat:
Qui natum ſitit æthereum:ſolumq; repoſcit:
Solū amat:& ſuper aſtra uolās requieſcit in illo.
Nec minus aſſiduo excurſu loca ſāncta ſalutat
Victoris nati:& uacuo dat multa ſepulcro
Oſcula:dat lachrymas:pretioſaq;robora cernens/
Dat gemitus ſine fine pios:ueſtigiaq; alto
Fixa ſolo montis/liquidis unde inclitus auris
Se dederat:cernens ſolatur:& aurea regis
Sęcula/& æternos deuicta morte triumphos
Agnoſcit cælo:quo iam nimis anxia ſemper
Suſpirat:refugitq; moras:& pigra ſororum
Stamina iam plenо cuperet componere fuſo:
Quādoquidē ſordēt terræ:& tenebroſa uidetur
Pax ſolis:nihili eſt toto ſibi deniq; mundo
Iucundum:ambroſios dū nati abſentis honores
Corde optat totо formā uelut appetit omnis
Materia:inq; utero germen turgente coactum:
Cui natura parens caput/& ꝑcordia/& artus
Finxerit exiguos/graciléſq; per omne meatus

Sanguinis & uitæ corpus diſtinxerit apte :
Appetit humanas mentē/quæ flectat habenas :
Iāq; humilis uitæ terquinq; peregerat annos
Alma parens:exquo uolucri ſuper æthera curſu
Aſcendit Ieſus:canæ & iam prima ſenectæ
Limina cōtigerat/iam ſexageſima uincens
Solſtitia:ut numero uotiuæ læta coronæ
Arguit:atq; roſis candentia lilia miſcet:
Longius hoc ſpatiū quāuis Epiphanius annos
Ferme nouē dederit:breuiuſq; utcūq; ferat quis:
Cum patris innixus ſolio rex ætheris alti/
Coccineos ſuper oſtentans trabeatus amictus/
His patrem alloquitur dictis:quibus ardua cæli
Regia pectoribus tenet alta ſilentia pronis.
Dū mea mortales genitrix pater optime terras
Incolit:& miſeris angit ſingultibus artus
Me ſine:&in mediis triſtes trahit hoſtibus auras
Sim licet immenſo æternū tibi iunctus honore/
Rex ſuperū/cæliq; ſator:cui nulla doloris
Sæmina reſtiterint ; nondū mihi plena uidētur
Gaudia cū ſuperis:mecū niſi diua recumbat/
Digna polū & ſuperos caſta exornare figura/
Non Solymas/noſtra nuper de cæde cruentas:
Quas colit:ut templo lapides ex ordine uiuos
Collocet æthereo:cuius lapis ipſe locaui
Fundamenta prior/ gemini iam parietis ingens
Angulus:ut cælum ſuprema cacumina tangant :

Cuius ut e ſolido ſtabilis adamante columnas
Erigat:& poſtes ſacros/penetraliaq; auro
Cópleat & gemmis:nihili ſua damna/labores/
Aeſtimat/& curas:ſed iam templa aurea ſurgũt:
Cernis:& æthereo ſegetes de ſæmine creſcunt.
Iam liceat reuocare piam ſuper æthera matrem
Triſtibus a tenebris:ſinemq; inferre labori:
Vt regina parens æterna in ſæcula regi
Hæreat:in clauſis uteri penetralibus olim
Quem tulit: & niuei cui præbuit ubera lactis.
Nam ſi legis erit/digito quam ſcripſimus olim
Veridico/ſeruandus honos:tibi filius/ ante
Luciferum genitus/mundiq; hominũq; creator/
Materniq; opifex uteri/debere fatebor
Aeternũ matri:quæ candida corporis huius
Veſtimenta dedit/dextræ excipienda paternæ:
Ante igitur ruptis cæli penetralibus omnes
Subſidant ſtellæ:ſurgatq; immane barathrum
Omnia confundens:& quæ ſunt edita quondã
De nihilo:in nihilũ redeant:quã pectore noſtro
Gratia Partheniæ cadat aut reuerentia matris:
Quã pcor alme pater terris reuocemus ab imis
Cæleſtem in patriã: ut ſuperi regina theatri
Hæreat æternum nobis:quibus alma decori
Sẽper erit ſummo:& ſuperos cóſperget honore
Virgineo:auxiliũq; feret mortalibus ægris.
Talibus humano cinctus diademate/& oſtro

Conſpicuus/ſanctũ genitorem affatur: & orat
Filius:& medii radiis inſpirat amoris.
Cui pater æternũ magnos meditatus honores
Virginis/una quidem patris eſt natiq; uoluntas:
Hæc ait.æternũ per te mihi gloria in aſtris
Nate uiget:per te terrã/mare/ſidera/finxi:
Tu cordis ſuprema mei ſapientia:per quam
Mætior aſtrifero cæli ſpatia ultima palmo:
Per te hominẽ nuper profugũ de morte recepi:
Vnde etiam tandem terris agnoſcimur imis:
Aſſumptũq; ideo corpus de uirgine regnis
Suſcepi æthereis: epuliſq; accumbere iuſſi
Ambroſiis:dextræq; hærentem in ſæcla paternę
Præfeciſſe agnum innocuum/nõ pœnitet orbi:
Vt terris quodcunq; uelis/uel in æthere/fiat.
Tartareo aut Phlegetõte: reos quo criminis ho
Iudicio mergas/diroq; infecta ueterno (ſtes
Corpora:ſed iuſtis cæli penetralia pandas:
Præcipue tamẽ ambroſiam ſuper æthera matrẽ
Te reuocare decet: pietas nam ſumma parenti
Debetur:cuius meritis quodcũq; creatum eſt:
Cedit:& angelicas ſuperat forma inclyta turmas
Nam memini:exortu cum formoſiſſimus olim
Lucifer ingenuo/radios mihi mane ſerenos
Ederet:ante tamen quã nos uiolare pararet
Aemulus:& ſolum ſe crederet eſſe ſecundum
Vnde miſer diris nunc occidit Heſperus umbris:

Haud tanto æthereos ſuperauit lumine ciues:
Quanto uirgineis uinci potuiſſet ocellis:
Gratia quos ſummo conſperſit noſtra decore.
Ergo age nate piā prçcelſa in culmina formam
Suſcipe:nec tumulo corpus patiare relinqui
Corrūpi ue ſacrū:donec de puluere clangor
Suſcitet attonitas olim te iudice gentes:
Sed nunc Partheniā ſolers tibi iunge parentē:
Indextrāq; loca:& ſuperis præpone theatris
Reginam:cuius decoretur honore tonantis
Regia dūq; parit ſobolem deſerta peragrans/
Dura patrociniū mœrens:tua ſentiat uxor.
Hæc ubi dicta:uocat cuſtodem uirginis/auro
Conſpicuū/pedibus celerem/& pernicibus alis:
Proſtratūq; ſolo deus inſtituit: auferat omnem
Reginæ luctū:& ſanctam dulcedine mentem
Impleat:ex olido iam ſe ſciat orbe uocari
Ad ſuperos:ſummo ſe ꝑparet inclyta olympo:
Vt nato coniuncta ſuo per ſæcula regnet.
Eſt ꝓcul umbroſis magni omnipotētis inhortis/
Arbor opaca/ingens: uitæ quā munere pulchro
Suffuſam/deus in media conſeuerat ora
Felicis luci: Platanus quem ſuauibus umbris
Ambitioſa/hebenuſq; ingens/& cedrus/&occhi
Melle fluens/pomiſq; pale prædulcibus ornat:
Vndiq; iucundū profer ibi medica odorem/
Aurea mala ferens/diris inimica uenenis:

Iuniperuſq; ferax piperis uiret: undiq; harundo
Saccaron effundit:ſpinis cariophilon hæret:
Eſt ibi thus lachryma redolens/& nardus ariſta:
Cinnama iucundũ ſpirant/& balſama odorem/
Cum caſia/Balano/calamis/ſtyrace & amomo:
Ladanaq; æternũ nullis decerpta capellis/
Et cypros/aſphalatroſq;/pii decus Eliſæi
Malobathrũq; uiret:ſerpentes Galbana pellunt
Peſtiferos:therebynthus humũ ꝑcera coronat:
Et thia delitiis iampridem exuſta calipſos/
Lothos/Apollineęq; uiret lauri decus:& tu
Punica grana tos abſcondens cortice ſuccos.
Quid memorẽ palmas/ficos/maloſq;/piroſq;?
Et quæ fructiferis ornant nemora indyta ramis?
Quot Thylos felix/quot fũdit ad ęthera odores
Terra Arabũ:quot Phæacũ naſcũtur in hortis
Pomo:uel heſperidũ uigili ſeruantur ab angue:
Auricomũ fulgore ſuo paradiſon/& omnis
Exornant ramos:hebetat quos nulla uetuſtas:
Ver ibi perpetuũ concentibus aera mulcet
Phœnicis:ſacros qui poſſidet unicus hortos:
Ridet terra ferax uernantibus undiq; glebis.
Eſt ibi uera quies/mortis fuga munere uitæ
Purpureũ proprias ſpirantis in aera uires:
Huius ab aſpectu fugit accelerata ſenectus/
Et dolor/& macies/uiſq; imperioſa futuri:
Huius ab aſpectu per ſæcula plurima teſtes

Omnipotentis adhuc terris ueſcuntur & aura:
Hęc nemus umbroſũ ſuperat: moderat: & ornat:
Vt mundo lucem referens crinitus Apollo.
Hinc ramũ Gabriel ſuaui decerpſit odore
Felicem/& foliis flauum ſuperantibus aurum:
Et raptim ętherei patris ut mandata faceſſat:
Reginã petit ambroſiam: quæ ſola fugatis
Terrarum illecebris/thalami penetralibus altos
Fundebat/gemitus/taleſq; a pectore uoces.
Nate pris gremio quondã in mea uiſcera lapſũ/
Quẽ peperi tenebris: quas tu lux uera parabas
Soluere? nulla dedi fateor tibi munera: præter
Corporis infirmi ſpolium/cauſamq; dolorum:
Nil quia/nil in me eſt aliud/niſi mortis imago:
Id propria ereptũ tenebris uirtute decoris
Ornaſti radiis: patriaſq; reuerſus ad arces/
Aethereis immẽſum decus alta in ſæcla paraſti:
Aſt ego cui ſolus dum triſtia fata trahebas/
Solus eras uitæ ac ſpeculo: nunc cæca/ſine ulla
Mentis ope/ętherei regẽ iam culminis auro
Conſpicuum/poſt certa pedũ ueſtigia quæro:
Nec tamen inuenio/nã regia maxima mentem
Non capit indignam/tantis hærere theatris.
Tu mihi (nãq; potes) iam conſule nate: uicemq;
Redde tuã: qualem te nũc decet: & trahe poſt te
Indignã uirtute tua: & tibi iũge: ut abunde es
Pollicitus/poſt cæpta tui primordia templi:

Quod(tibi laus)ſurgit.precor o miſerere laborũ
Tantorũ:& miſeræ ſine te miſerere parentis.
Talia fundebat lachrymãs:natiq; decoram
Captabat formam clarũ irradiantis olympum.
Cum flenti æthereo ſuffuſus lumine frontem
Angelus/& flauo cinctus dium caput auro/
Aſtitit:& læto propriam dedit ore ſalutem.
Dulcis aue uirgo/ quam gratia regis obumbrat
Qui tecũ eſt:utero imẽſum quẽ claudere clauſo/
Virgineaq; deum merita es lactare pupilla
Cuius diuitiis fruitur:quodcũq; creatum eſt:
Excute iam triſtes gemitus regina: labores
Pelle ꝑcul miſeros:lachrymis tua lumina terge:
Et pia perpetui iam gaudia concipe regni:
Quod magnũ aſſumes nato per ſæcla cohęrens.
Iamq; oblita tui generis/populiq; paterni
Accipe ſidereis/patrem/qui regnat in oris
Filia/mortalis iam luctu exuta cuculli:
Vt dominã æthereo ſuperi ueneremur olympo:
Supplicibuſq; olim populis tua gratia abundet:
Qui iam confugient ad te: nam plurima ſurget
Pro patribus ſobcles.te rex qui cuncta creauit
Vxorem uult eſſe ſuam:quo diua decoris
Virginibus nymphiſq; piis ſtipata/frueris.
Ergo age pelle animo luctũ:nam tertia poſtq̃
Lux effuſa polo noctis tenebroſa fugarit
Sidera:ad æthereos uenies regina triumphos:

Vt nato coniuncta tuo per ſæcula regnes.
Vocibus his ſolata/humili ſeſe inclyta mente
Immeritā credens/poſitis decus omne tonanti
Aſcribit genibus:ſoli grates agit:& ſe
Cōmendet:iuuenemq; oculos demiſſa pudicos
Talibus alloquitur.fiat toto orbe uoluntas
Aetherei patris:ipſa etiam ſi ſedibus imis
Poſt ſuperos ancilla ferar:modo filius adſit
Quo fruar ęternū:nunquā id meruiſſe fatebor.
Gratia ſumma igitur regi:qui præmia reddit
Maxima pro minimis:nec ſe mætitur ad ipſos
Mortales:ſed digna ſuo dat honore benignus:
Hunc(ſiqua eſt noſtri ſibi gratia pectoris)oro:
Sit mihi phas oculis natū reuidere:priuſq;
Corporis e latebris tenues uaneſcat in auras
Spiritus:ut feſſos morientis condat ocellos:
Ioannēq; utinam/cui me pius ille reliquit
Iam moriens:fratreſq; alios moritura uiderem:
Frigida qui poſſent componere mēbra ſepulcro
Quæ lacerare parant / ſubiectiſq; urere flammis
Iudæi/& cineres paſſim iactare per agros:
Mitiget iratam gentem deus:atq; parenti
Integra diſcipulos iubeat dare corpora terræ.
Præcipue te nate precor:ſpes ſola parentis/
Nate/tenebroſum uictor qui dæmona calcas:
Illum abigas procul:atq; animæ pius ipſe uolāti
Occurrens/tetros da nuſq; cernere uultus:

Tu mihi dux/tu nate comes precor optime/fas:
Ne ferus ambiguã quicq̃ queat ille ſub horam.
Tũ Gabriel trepidæ ſermonẽ intercipit: omnes
Quo pius excutiat ſancto de pectore curas.
Quid regina times hoſtẽ?quẽ ſola profundo
Merſiſti ſtygio?dirię inimica draconis
Ora quid exhorres?cuius caput inclyta calcas/
Vltrix lethiferos carpentis ab arbore fructus?
Ille quidẽ trepido fugiet Phlegetõtis ad undas
Turbine te/nomẽq; tuum/uel imaginis umbrã:
Gaudia(ne dubites)aderunt tibi maxima:quãdo
Diã animam uenerãda dabis: quæq; una doloris
Neſcia cum pareres / mentem conſperſa pudicã
Nectare/uirgineũ meruiſti effundere fœtum:
Vna procul poſito merita es migrare dolore:
Nãq; pius quẽ ſancta optas:deſcendit olympo
Filius:& longo matrem poſt tempore uiſet
Candidus:excipienſq; animã morientis: ocellos
Claudet:& æthereã tecũ reuolabit in urbem.
Nec minus hũc aderit/nato pro abeunte relictus
Ioannes fratreſq; alii:qui membra ſepulcro
Cõponant/teq; exequiis ſolemnibus ornent:
Et ramũ hũc(ramumq; manu porrexit)honoris
Aetherei clarum iubar/ad tua funera ferri
Alma iube.quis reliquiis temerarius ignem?
Quas mox ad uitæ reuocabit munera:ut orbis
Te tuus æthereo reginam inuertice ponat?

Eſto animo forti:uanoſq; e corde timores
Pelle procul:cui tanta ſalus/cui gratia talis
Additur:ut tuti quibus implorantibus affers
Alma patrociniũ:mortẽ aſpernentur & hoſtes.
Dixit:& ingenti ſanctã ueneratus honore/
Diſceſſum petit:illa oculos demiſſa:precatur
Se nato patris/atq; ſuo commẽdet/& omni
Cælicolum ſuper aſtra choro:uolat ocyor euro
Nuntius: & ſuperis raptim ſuperaſtitit aſtris.
Ecce autem tactis foribus Zebedęius intro
Agnitus excipitur:qui matrem ut uidit:adorat
Pronus:& attonitus monſtris uix talia fatur
Viuis?an/æthereis me nunc regina reuiſis
Sedibus?an uanæ contemplor imaginis umbrã?
Sũ ne Epheſi?an Solymis?cur huc me ſpũs affert?
An quia cui matrẽ moriens mandauit habendã
Nunc procul abſentẽ reuocat?quę cauſa recurſus
Tam ſubiti?ſunt ne ullo tibi diſcrimina rerum?
Fare age/qd iubeas:mihi iuſſa capeſſer phas eſt.
Vix ea fatus erat:cum ſic certiſſima nati
Agnoſcens promiſſa ſui/& iam plena quietis/
Reſpondit/placidis compellans uocibus illum.
Viuo equidem:nec uana uides chariſſime fili:
Nec dum corporeos artus terraſq; reliqui:
Quas cito prædulcem natum uiſura relinquam:
Vt mihi prædixit certo modo nuntius ore:
Teq; ideo Solymas reuocauit filius: omnes

Iãq; aderunt fratres:feſſæ qui funera matri
Inſtaurent:ergo ante alios dilecte tonanti/
Quid iubeat fieri:paucis (aduerte) docebo
Qua miſerãda iſthæc gens impietate laboret/
Heu propriis oppreſſa malis/ſanctæq; ſalutis
Authore ut cælo fruſtra deponere certans/
Improba/tartareas æternũ tendat ad umbras/
Heu nimiũ confiſa ſibi:dum clara propago
A proauis genus oẽ hominũ uult eſſe ꝓphanũ:
Non opus eſt longis tibi nate ambagibus edam:
Inſidiaſq; ideo tendunt mihi: dum pia credunt
Lumina tartareis extingui poſſe tenebris:
Nequis ad ętthereũ properet ſapienter olympũ:
Atq; utinã nunc morte mea tenebroſus abiret
Is furor:ut uerãi poſſent ſperare quietem:
Sponte ignes paterer ſæuos/gladioſq;/crucẽq;:
Sed pius a miſera populos qui morte redemit
Filius:immiti ſemel eſt mactatus in ara:
Nec modo Iudæis lumen patefecit Olympi:
Sed radiis genus oẽ hominũ conſperſit ab ortu.
Solis ad occaſum:cui qui clauſere proterue
Lumina:perpetuis miſeros ſinit eſſe tenebris:
Vnde iubet:decus hoc rami quod detulit ad me
Angelus:exequiis præferri in funera noſtris:
Spiritus ad dominũ tendens cũ liquerit iſthæc
Membra/ſuæ merito iam reſtituenda parenti:
Ne ſibi qui fruſtra certant uiolare cadauer

Ignibus:in ſtygia cumulent incendia flamma:
Quin potius ſiquos ſuprema potentia regis
Mouerit a tenebris conuerſi ad lumina tandem
Agnoſcant pulchri uirtutem & pręmia rami.
Talia dum memorat:tarpeia raptus ab arce
Petrus adeſt/Pauluſq; ingens pręco ętheris alti:
Paulus ab occaſu quondā reuocatus in ortum:
Vt clangore ſuo ſuperans Tritona canorum/
Protheaq; aſtringens laqueo/pecus ęquore toto
Cogeret ad regem conuiuia ſacra parantem:
Nec mora ab attonitis dudū correptus achiuis
Aſtitit Andræas:qui merſos ęquore ab hoſte/
Dum bis uiginti propere ad pia uerba uenirēt:
Ad uitæ reuocarat opem:martiſq; Philippus
Victor/ut horrenda domuit feritate draconem:
Reſtituitq; uiros uitæ:quos ille necarat:
Protinus a Scythica rapitur regione per auras:
Nec minus extremis dū Barptolemæus ab idis
Peſtiferos hoſtes fugat:aſtrictāq; catenis
Reginam/horrendū quæ dæmonis arte furebat:
Vt ſoluit/præbens animo membriſq; quietem:
Extemplo rapitur:uenit & Matheus habenas
Aethiopū dum ſanctus habet:qui colla draconū
Flexerat:& magicas ſolers eluſerat artes.
Quin & ab immiti reuocaret funere natum
Regis:ut ætherei populos pius adderet aſtris.
Adſunt & pariter rapti de perſide fratres

Iudas

Iudas atq; Simon:ſancto quos ſpiritus ambos
Iunxerat officio/uinctos a ſtirpe parentum :
Hi contra reſponſa deum procul horrida bella
Expulerāt:dederāt magicis ſerpentibus ipſos
Peſtifero torquere magos/nec perdere morſu :
Exuerantq; omni tygreſq; homineſq; furore .
Tu quoq; biſſenæ quę cum Paulo ipſe cateruæ
Spiritus addiderat præconem pacis in orbe/
Barnaba ad hęc raperis:poſtq̄ ſeiunctus ab illo
Obſcænos Cypriæ cum relligionis amores
Aſpiceres : Paphii ſtrauiſti marmora templi:
Et te Marce illuc rapuit deus/inclyte Chriſti
Scriba:humili abſciſſi dominus cui pollicis uſum
Reſtituit:Veneta propulſis diis. Aquileia/
Cum te Niliacas uictorem miſit ad oras.
Affuit & Lucas Pauli comes/Inclyta Chriſti
Geſta notans:qui reginā melior Polycletus
Pinxerat in tabulis a poſteritate uidendam:
A docto ſapiens Dioniſius Areopago/
Egregium Pauli decus:hic mœrore tonantis
Afflicti/ſolem quondā effudiſſe tenebras
Crediderat:ſuperiſq; ſatus Ioannis ab ore
Antiochenus honos Ignatius:& decus urbis
Clemens:defletam petri qui munere matrem
Agnouit/fratreſq; ſuos/orbumq; parentem:
Diuerſis ſubito rapti regionibus adſunt :
Haud aliter: quā qui Syria e regione prophetes

Surreptus gracili liquidũ per inane capillo /
Prandia ieiuno iuueni : tulit ora leonum
Carcere in aſſyrio qui clauſerat: unde trementes
Lambebant poſita domini ueſtigia cauda.
Ecce Iacobus adeſt Alpheius:impia ſi quo
Nectare corda queant miteſcere:pacificus rex
Quem Solymis quõdã præfecerat: ut prior acri
Truncatus gladio Zebedeius aſtra petiuit:
Et qui poſt Iudæ facinus laqueumq; Mathias/
Impleuit uacuam ſuffectus apoſtolus arcem :
Semper Iudæis qui conuerſatus in oris /
Aethereũ ſi quem potuit:reuocauit ad agnum :
Hi cum diuerſo fratres ex orbe coactos
Virginis ante fores uideãt:qd ab ęthere Chriſtus
Imperet:ignari/ſub pectore multa uolutant :
Aſt illos maior tenet admiratio:nam uix
Agnoſcunt Solymas/& limina uirginis/& ſe/
Et fratres:ſed cauſa latens cur tanta repente
Tranarint ſpatia in cætum ad pia limina:reddit
Attonitos:latebriſq; animi miracula uerſant.
Tandem percuſſis poſt oſcula mutua ualuis
Ingreſſi lachrimis Ioannẽ affantur obortis
Sit ne ſalus matri atq; ipſi?cur ſpiritus omnes
Huc ſimul extremis fratres rapuiſſet ab oris
Ille autem cauſam pius edocet:atq; parentem
Ad ſuperos iamiã nati pietate uocandam
Inſtruit:& condenda ſuo pia mẽbra ſepulcro :

Hinc gemitus uetat:& lachrymas ſiccare cadētes
Hortatur:nequis ſanctis qui regna futuræ
Promittant uitæ ſuperis fulgentia in aſtris:
Obiiciat mundi affectum/mortiſq; timorem
Inde ad reginam petrum introducit / & omnes
Diſcipulos Chriſti penetralibus illa ſedebat
Læta ſuis:natumq; pium tranquilla manebat.
Quæ uirtute humilis petro aſſurrexit : ut illum
Aſpexit/fratreſq; alios:quos alma parentis
Officio complexa:ſuo gratatur alumno :
Hortaturq; omnes ſedeant:illi ordine longo
Expediunt quodcūq; iubet/templūq; coronant:
Ipſa etiam connixa thoro conſedit:& aſtris
Iam referenda/nihil loquitur nec cogitat imū :
Sed cælo:dum lethiferis fuit hoſpita terris
Conuerſata/cupit uirtutem & præmia uerbi
Noſſe:quod his dominus p̄conibus edidit orbi.
Hi uero æthereos fructus & geſta renarrant
Inclyta certatim:quę chriſtus ab ęthere ſummo
Fecerat in ſeruis humili de plebe coactis.
Iam Sol heſperiis ſua ter iuga tinxerat undis:
Et petrus ſanctiq; duces cum uirgine matre
Ardebant ſummi Chriſti omnipotentis amore
Et iam uenturum uerbiſq; animoq; uocabant
Reginam ut matrem iam uiſeret:atq; ſereno
Corpore poſt multos ſua lumina paſceret annos
Cum radiis cinctus fulgentibus aſtitit : & ſe

Oſtendit Ieſus coram/ſtipatus ab omni
Cælicolum patrũq; choro:pacemq; ſerenam
More ſuo cunctis pius attulit:inde parentem
Ambroſio amplexu aſtringens / cõſperſit abũde
Immenſa ætherei lætam dulcedine regni :
Tũ prior his matrẽ alloqtur: ſalue inclyta mũdi
Gloria/& humani generis decus/atq; tonantis
Filia/ſponſa/parens/intacta puerpera uirgo/
Salue iterũ:& ſummi iam concipe gaudia cæli :
Quod te cũ ſuperis manet o regina:uocatq; :
Vt luctu excuſſo/uictiſq; laboribus atris/
Et debellata tetræ formidine mortis/
Sedibus æthereis æterna in pace quieſcas :
Iam formoſa ueni:noſtriſq; accede theatris
Vt mecum ſedeas ſuperis præfecta uiriſq;.
Talibus attoniti dictis/& lumine pulchro/
Concentuq; pio ſuperum (mortalia quando
Corpora deficiunt a maieſtate tonantis)
Obſtupuere omnes:tamen inconcuſſa uirago
Hæc nato connixa ſuo reſponſa reliquit.
Ecce adſum:uenioq; libens dulciſſime fili:
Cuius amore diu tenebris iactata fruebar :
Quo magis æthereis tecũ fruar addita regnis :
Gratia ſumma igitur tibi ſit:qui numine ſancto
Suſcipis ancillam:&ſumma pietate coronas :
Quapropter genus oẽ hominũ laudare beatam
Me p arat;atq; ideo fecit mihi magna potentis

Dextera:cuius erat ſanctū per ſæcula nomen.
Talibus exultans nati omnipotentis amore/
Cuius ab ore fluit dium iubar ætheris alti
Perfuſuſq; bono dulci redeuntis ab aſtris/
Quem gemitu abſentē totiens optarat anhelo:
Spiritus ingratas tenebras & mēbra relinquens/
Ingremiū Ieſu fulgentibus euolat alis
Candidus/& uento nunquam turbatus inani:
Ac ſi rex duris forma præſtante puellam
Stirpe humili aſpiciēs/ſpōſam elegiſſet ab aruis:
Quā cupiens proprio reginā imponere regno/
Mox abiit:dum feſta paret: tamen illa maritum
Suſpirat regem:donec cum milibus adſit
Regia dona ferens:curruq; imponit eburno:
Tunc inopes linquēs felix regina parentes/
Quos pietate fouet:gremio connixa mariti/
Regia tacta petit:primāq; aſcendit in urbem.
Protinus extinctos genitricis clauſit ocellos
Ieſus:& æthereo corpus ſuffudit odore:
Cōpoſuitq; thoro:tunc Petrū affatur/& omnes
Diſcipulos:[redacted]:mox deinde ſepulcro
Cōponant: media inueniant quod ualle cauatū
Iudicii:& matrē exequiis ſolennibus ornent:
Inde ſalutatos bonus alma in pace relinquens/
Effulgentem animā matris / iam ſolis amictam
Luce fouens gremio/& cōcentibus aera mulcēs
Cælicolum/ætherei repetit rex culmina regni:

Vt diam immenſo reginam imponat olympo.
Dūq; ea mirantur ſancti ſpectacula fratres:
Gaudiaq; accipiunt animo/mixtumq; dolorem:
Talibus exclamant:cur nos regina relinquis?
Quo raperis ueneranda parens? quis nr̄a beabit
Lumina?iam ſaltē noſtri memor eſto: nec unq̄
Deſere pręſidio/quibus es largita ſalutem.
Pręcipue lachrymis laxarant frena ſolutis
Virginei nympharū oculi:quas tempore longo
Dulcibus exēplis/monitiſq;/& lumine uitæ
Pauerat:& larga comites pietate bearat:
Has ſenior tali Petrus ſermone monebat.
Gaudia quid lachrymis confundere tāta paratis
Virginis?a tenebris lentiſq; laboribus orbis
Quæ ſuper aſtra uolat/ſummis p̄fecta theatris/
Cum nato regina ſuo ſuperiſq; per æuum?
Iā ne flete precor:quāq̄ iactura dolenda eſt:
Cum tanto in tenebris orbemur lumine:ſed ſi
Corpore abeſt:animo pręſens regina fouebit/
Sole nitens:& ſidereis nos proteget armis.
Tunc proceres ducis ~~ætherei pia ſa~~cra canentes/
Compoſuere alto ſanctum ac ſine labe feretro.
Inde ubi ſol mundo exoriens tenebroſa fugauit
Sidera:ut exequias ſacris ſolennibus ornet:
Ioannes ramū cæleſti luce micantem
Educit/Petrumq; pio compellet honore.
Accipe purpurei pater optime munere rami:

Quē nitidus modo de felicidus attulit hortis
Angelus/exequiis reginæ matris habendum:
Quem quia rex ſuperum cūcto te prętulit orbi
Paſtorem/noſtrūq; ducem/noſtrumq; magiſtrū
Inſtituit:te ferre decet:cum dignior adſit
Nemo inter fratres/tanto cumulandus honore.
His dictis: Petro ramū porrexit:at omnes
Vt uidere decus rutilantis ſideris inſtar:
Mirati auricomas frondes/& cortice tectum
Fulgenti lignum/paſcebant lumina uiſu:
Tum ſenior tali ſermone retorſit in illum
Omne decus/ſolū oſtendēs hoc munere dignū.
Angelicū te ferre decet magis, inclyte donum/
Virginea accedens ſuperis ſuper æthera palma/
Aethereāq; graui degens in corpore uitam:
Felix quem tanta donauit luce magiſter:
Vt iubar obtutu iam contempleris acuto
Luminis immenſi:felix pernicibus alis
Quē tulit ad ſummi nemoroſa cacumina mōtis:
Felix quem dulci compleuit nectare:cum te
Templa ſoporatum deduxit ad aurea: felix
Quē moriens matri pro ſe dedit:atq; manere
Sic uoluit:donec ueniat: te fulmine uiuo
Spiritus expleuit ſitientem:ut ducere riuos
Vſq; ſub extremā liceat tibi iudicis horam
Ergo age uirgineā defer pro uirgine palmam/
Signifer/æthereo multum dilecte magiſtro:

Ipſe ego ſuſcipiā his humeris immane feretrū:
Vos quoq; quiſq; ſuis fratres pro uiribus/ingens
Funeris officium diuæ præſtate parenti:
Aſſenſere omnes petri rationibus:idq;
Ioanni decus unanimes uno ore dedere:
Qui quāuis humili tegeret merita inclyta uultu/
Indignū ſeſe oſtendens:tamen omnibus ultro
Obſequitur:neq; enim ſanctis parere recuſat
Fratribus:imperio quorū ſe ſubdere mauult:
Quā pia ſupremo ſuccēdere thura tonanti.
Inde domo egreditur fratrū celeberrimus ordo/
Virginis exanimū corpus ſuper ora fruentum
Ad tumulum:quos cælicolæ comitantur ab altis
Sedibus/intactæ demiſſi ad funera matris:
Inſtaurātq; choros dulci modulamine:& omneis
Ambroſio Solymas ſuffundunt undiq; odore.
At deus obſcuro gradientes aere ſepſit:
Cernere nequis eos poſſet:ſed carmina & omne
Quiſq; decus procul a ſuperis agnoſceret aſtris:
Protinus attoniti cœperūt quærere odoris
Iucundi cauſas proceres/& ſuauia olympi
Carmina mirari:& templi a penetralibus imis
Aethereas uoces pars credere:pars tamen inde
Murmure terribili dominū migraſſe:& odorem
Concentuſq; aliunde ſacros ſentire ferebant:
Publicus has rumor cauſas/matremq; retexit
Defunctam Ieſu/ſparſos reuocaſſe per orbem
Diſcipulos

Diſcipulos:tanto deferri in funera honore
Matrem/quæ partu populũ turbauerit olim.
Tũ uero exoritur clamor: proh dedecus ingens
Gentis Iudææ/uicit muliercula tandem/
Proh facinus cũ prole ſua: Ieſumq; per orbem
In cruce confixum clauis/ turba impia Chriſtum
Prædicat:& magicis noſtros confundit honores
Artibus:eſt ne aliquid toto deſpectius orbe?
Quã noſtrũ genus hoc?ni iã ulciſcamur:& acres
Nouerimus nos eſſe uiros?nunc ſumite pœnas:
Tempus adeſt:turbã imbellẽ letho date:& ipſas
Vrite relliquias matris:dein tradite uentis.
Talibus effuſis proceres clamoribus iras
Concipiunt;plebẽq; uocant:illi arma capeſſunt
Ignari quonã uertant ueſtigia: nunc huc
Nũc illuc ſæuos trahit impetus: haud aliterq̃
Hoſtibus infeſtis urbs oppugnata/tumultum
Excitat:hoſtiles portis irrumpere turmas:
Inſidiaſq; aliquis diuerſa parte retexit
Arcẽ inuaſuras:trepidant populuſq;/patreſq;/
Ignari quo ſe uertant:qua parte repugnet.
Sic agit excordes furor impius: haud tamen uſq̃
Inueniunt ſanctos:donec quærentibus ultro
Obuia funerei fuerit pia turba feretri.
Tum cæcas hominũ mentes rabiemq; ferinam
Cernere erat/magno in ſanctos clamore ruentũ:
Cũ præter nubem liquidã/nihil uſq; uiderent:

Inde ſed æthereos cantus/iucundaq; odoris
Munera ſentirent:partim tenebroſa capeſſunt
Agmina:& arripiunt nebulas uolitātibus armis:
Partim diffugiunt trepidi:quos uoce ſacerdos
Terribili reuocans Iudas ruit/intima quaſſans
Nubila:& ingenti tenuit clamore feretrum.
Huc huc o ſocii concurrite:præda tenenda eſt:
Quam tandē inueni uix hæc clamore ſecundo
Dixerat:ut diris cœpit cruciatibus angi:
Nanq; hærens ſubito manus arida facta pepēdit
Me miſerū exclamat:ſuccurrite:quis mihi fiet
Auxilio?ſuccurre precor mihi Petre:memēto
Me fauiſſe tibi:cum perdere principis olim
Te uoluit ſeruus:dextram da poſſe reuelli
Affixam:liceat procul hinc retrocedere ſaltem:
Ad quem reſponſum paucis ita reddidit heros.
Tu ne miſer diris manibus uiolare cadauer
Virginis audebas?tu ne oppugnare tonantem
Non ceſſas?cæcoq; bonū irritare furore?
Non ne uides?quantis mōſtrauerit undiq; ſignis
Omnipotens Ieſum eſſe ducē/ſuperūq;/uirūq;/
Immēſum?atq; ſuā hanc in uirginitate parentē?
Dextra refigatur ne funera uirginis ultra
Impedias; quā ſi matrem omnipotentis ab ore
Confiteare tuo cordiſq; a ſedibus imis:
Reſtituet dextrā omnipotens.tunc ille petiuit
Peccati ueniam ſupplex matrēq; tonantis

Confeſſus/ramũ tetigit:dextramq; recepit:
Cumq; oculis capti magna & formidine circum
Iudæi procul attoniti/& ſine mente iacerent:
Qualis fulmineo concuſſus ab igne uiator
Quem ſi non tetigit:potui tetigiſſe uideri:
Hic tãdẽ Attonitus/magni &memoruſq; pericli
Attollenſq; oculos cęlo/nihil aſpicit uſquam:
Et dubitat:uiuat ne miſer:cælo ne fruatur:
Petrus ad æthereũ cupiens reuocare tonantem
Errantes populos:Iudæ imperat:ipſe iacentes
Excitet/& ramo cœcorum lumina tangat
Vt qui crediderit matrem omnipotentis:utrũq;
Suſcipiat lumen:contra ſed perfidus omni
Tempore cœcus eat:fruſtra & ſua lumina pãdat:
Tum multi meritis reginæ matris ab orco
Emerſi ad ſuperos/animoq; & corpore lucem
Suſcepere almam:& grates egere parenti
Innumeras diuæ:cuius iam munere tandem
Veniſſent umbris liquidũ ſuper æthera ab imis.
Iam funus/iam turba frequens a uertice ſummo
Nutantis ſpeculæ in uallem deſcenderat imam
Iudicii procul in media regione cauatum
Cum deus oſtendit uiua ſub rupe ſepulchrum:
Eſt ubi depoſitum pignus/clauſumq; cadauer
Virginis:ut modicum terræ ſub corde quieſcat:
Donec ab æthereo deſcendens Chriſtus olympo
Excitet excelſa ſuperum ſuper arce locandum

Inde ubi diſcipuli dixere nouiſſima uerba:
Poſt triduū extremis in turbine raptus ab indis
Ecce Thomas/ſociis ſe immiſcuit improuiſus
Chriſticolis lætuſq; data acceptaq; ſalute/
Extinctā ut ſenſit Petro referente parentem:
Immo etiā exuuias inquit iam diua reſumpſit
Virgo ſuas:cæloq; animoq; & corpore regnat:
Credite. Gymnophorū dudum fratrēq; docebā:
Quem deus extinctū ſuperas reuocarat ad auras:
Diceret ut fratris fundata palatia cælo:
Turbine cum ſubito rapuit me Ieſus ab alto
Aethere deſcendens/ſuperis ſtipatus/& auro
Conſpicuus/diāq; uomens a uertice lucem:
Qualis purpureo cū ſe patefecit ab ortu
Titam:& radiis tenebras & iniqua remouit
Nubila:poſt longas hyemes mortalibus auras
Reſtituens/uitāq; ſatis/mundoq; decorem:
Protinus attonito pacis de more ſalutem
Attulit:& quonam matrē cumularet honore
Oſtendit:coramq; animā reuocauit ad ipſum
Corpus:& eduxit clauſo pia membra ſepulcro
Integra/& æternū ſuperis fruitura theatris.
Quis numerare queat dotes? quas maximus ille
Rex ſuperū cæliq; ſator/mundiq; redemptor/
Contulit in matrem diuā?quis dicere quanta
Maieſtate piam cælo terriſq; mariq;
Reginam impoſuit?cuius diſtincta choreis

Ter tribus ad ſoliũ exultãt ſupa agmina olympi:
Cuius & imperiũ tremit impius ille barathri
Præcipitis dira princeps Phlegetontis in unda.
Sufficiat memoraſſe aliqd: quod & arguat alti
Delitias regni: & minima de parte ſupremas
Monſtret opes/pulchrũq; decus/pacẽq; ſerenam.
Maximus hanc gremio ſuſcepit filius/auro
Inſignem: & ſolis ueſtiuit luca coruſca:
Suppoſuit lunam pedibus: tum ſidera cæli
Aurea ſubnectens biſſenis inſita ſignis/
Impoſuit capiti monumentũ & pignus amoris
Hanc ſuperi immenſo ſolis fulgore micantem
Mirati in gremio regis ſuper aſtra referri
Vt tandem agnouere: ſuũ mox quiſq; dedere
Carmen: & ingenti dominã uexere triumpho/
Ad ſoliũ patris ætherei: qui uirginis almæ
Oſcula libauit. natoq; aſſidere iuſſit
Ipſe ſuo: ſecũq; epulis accumbere diuum.
Credite: quæ refero fratres miracula: quæſo;
Credite: nec dubio ſurgant in corde tenebræ.
Vidi ego reginam? quam cũ flens ipſe rogarem:
Ne me deſereret miſerum: & ſolatia ſaltem
Diſceſſu extremo mihi ne ueneranda negaret:
Vade inquit: meq; aſſumptã dic fratribus: ipſas
Corporis exuuias nati ad pia templa ſepulcro
Exeruiſſe mei: & cælo regnare per æuum:
Neue fidẽ pia turba negent: en accipe Zonam:

Zonam qua nigro me cōpoſuere ſepulcro:
Hæc ait:& Zonam oſtendit : quā ſancta caterua
Agnoſcens/tantū decus & miracula credit :
Quæ uidiſſe Thomas ſummo teſtatur olympo.
Vtq; magis ſit certa fides/de corpore ad aſtra
Aſſumpto inter ſe certant euoluere cauſas :
Cur non extremam deus id producat in horam
Iudicii:quando a tumulis genus omne reſurget:
Parſq; pia ac dulci cauſam hanc ratione tuetur/
Corpus uirgineum/primaq; ab origine ſanctum/
Quod nec concipiens/pariens ue amiſerit ullas
Virginei dotes uteri:fueritq; doloris
Expers dum peperit:dūq; expirauit olympo :
Corrumpi nunq̄ aut carie debere reſolui:
Pars quia uirgineo corpus de corpore ſumpſit
Omnipotens:caſtaq; olim requieuit in aluo :
Congruere id tēplū æthereū ſuper ęthera ferri :
Ne qua pię matris membris ſi gloria deſit :
Deeſſe aliquid ſummo chriſti uideatur honori :
Sunt qui iuſtitiæ decus hoc aſcribere certent:
Quandoquidē decet immenſum ſeruare tonātē:
Quę ſeruāda homini dederit:ueneretur ut omnī
Tempore: ſupremaq; colat pietate parentes:
Ipſe etiam humano cinctus diademate matrem
Quam coluit terris:cœlo ſibi iungere debet.
Dūq; hæc diſcipuli uario ſermone referrent :
Effuſus geminas tum Petrus ad æthera palmas

Hortatur ſocios: certatim ut quiſq; ſalutet
Reginam ſuperum: poſitis tum dulce dedere
Carmē humi genibus fratrū chorus ōis olympo.
Salue ſancta parens regis: qui numine mundū
De nihilo finxit quondam: dudūq; refecit
Extinctū/ad ſanctæ reuocans pia munere uitæ:
Salue ſiderei iam dudū ianua olympi:
Ianua/qua ſuperū poſſint cōſcendere in urbem/
Siluiculæ agreſtes/genus execrabile quondam/
Inuiſum ſuperis/inuiſum manibus imis.
Nos te uiuentum matrem/quę gignis olympo
Aetheream ſobolē canimus: quantūq; parentis
Abſtulit impietas primæ: miſerabile terris
Quæ peperit genus ad mortē: tu candida tantū
Inſtauras: nam uera parens tu diceris orbis:
Vera parens uitæ: quā non riſiſſe fatemur:
Cum te ſemoto parituram ſæmine Chriſtum
Audiſti: ut quondam ſterilis poſt hoſtia riſit:
Tu ſolers nos heredes facis eſſe tonantis:
Noſtra parens/tanta & ſuperās uirtute Rebeccā
Terrarū quanto exuperat uana omnia cœlum.
Te propter ſocero paſtor ſeruiuit ad annos
Biſſeptem: ſed nulla tibi ſunt furta deorum:
Te uerum peperiſſe liquet mortalibus ægris
Legiferum/& ſancta nos libertate beantem:
Tu Iericontæam matrem ſpe ſancta ſalutis:
Tuq; nurum uiduæ Noemes ui uincis amoris:

Atq; fide ſterilē prolis mox concipiendæ
Multiplicis:uerū Salomonem enixa/ſine ulla
Labe uxor magni es/non turpis adultera regis:
Felix aſſuero iuncta es regina potenti/
Certa ſalus populiq; tui/mundiq; ruentis:
Te diuina olim ſignaſſe ſacraria cōſtat/
Atq; tabernaculum/fulgentēq; intus & extra
Arcā auro/uaſtæ per caſta domeſtica eremi:
Tu Solymas ornas/iam uiuū in ſæcula templū:
Fundatas cælo Solymas:unde inclyta fortes
Athletas certare doces:das præmia ſanctis:
Spem miſeri::cæciſq; fidem:feſſiſq; quietem:
Dirigis errante:certantibus ipſa coronam
Læta paras: felix qui ueſtigia quærit:
Inuenit & ſiquis: feliciter: at fruitur qui
Virgo tuis meritis:quam feliciſſimus ille eſt:
Theſauros regis regum nam diua miniſtras
Cui cōiūcta parēs/uterū & ſacra ubera mōſtrās/
Retibus implicitos/mediiſq; a ſyrtibus ad te
Clamantes / cymbāq; aquilone & fluctibus actā/
Cōmendas:uitāq; ſatis fructūq; miniſtras:
Quandoquidem tu delitiis felicibus orbos/
Extendis medio ramos uitæ in paradiſo
Vnde homini liceat uitalem carpere fructum:
Quo mortis laqueos ſoluat:ſeq; inſerat aſtris:
Tu fons ille ſacer/cuius ſalientibus undis
Impleat os:quiſquis ſitit:ex te panis olympi

Traditus eſt omnis uitã eſurientibus æui:
Te pater/& natus/cumulat ſimul & paraclitus
Dotibus immenſis:ſuperũq; exercitus omnis
Concinit ætherei matrem ſine ſemine uerbi:
Cuius & ipſa parens opus es:templũq; ſalutis
Humanæ:pax unde deo eſt exorta hominiq;:
Cæleſtemq; uiam:clarãq; a fluctibus arcton:
Et quæ pręterea paſſim ſunt nomina mille/
Iam regina tibi:quorum pia carmina nunq̃
Virgineos ceſſant ſuper æthera dicere honores:
Faucibus ego orci eripiens/mundiq; periclis/
Nos ueneranda foue:ſemperq; tuere precamur.
Talia apoſtolicus fundebat ad æthera cœtus
Reginæ immenſis regnanti in ſæcla triumphis.
Iam tandem impoſito cunctorũ diua laborum
Fine tibi:liceat ſupremã imponere metam
Carminis ecce mihi:quod ſi petulante camœna/
Et fragili calamo fateor ceciniſſe/tuoſq;
Attenuaſſe humilis dũ certo extollere honores:
Tu tamen excipias animo intemerata benigno
Seruile officium:memor imperfecta uirorum
Corpore preſſa graui/& uentis uexata/mariq;/
Pectora/ ſupremas non poſſe attingere laudes:
Si quid & auxilio cecini ſine crimine fretus
Diua tuo:æternũ tibi gratia: quã p̃or: ut quos
Non capit ingeniũ humanũ poſt fata triũphos
Edoceas:pulſaq; olim caligine mentis/

'Et debellata tetræ formidine mortis/
Hoſtibus in diro merſis Phlegetonte : per æuũ
Carmine te merear digno celebrare:nec unq̃
Carminis excipiat ſancti mea lingua quietem.

.M. Probi. Mariani. Sulmonenſis.
Parthenias. Liber Septimus & Vl
timus Explicit.

Ad Diuam Mariam de Laureto.

VIrgo/quam cæli ueneratur omnis
Regia immenſi domini parentem:
Qui ſuo mundũ ſine matre quondam
Numine finxit.
Virgo/quam terræ celebrent ab ortu
Vſq; ad occaſum: colat & ſalutis
Arborem fructu potitur ſalubri
Quiſquis & umbra.
Quis tuos unq̃ ualeat triumphos
Dicere? aut laudes memorare: & omnem
Gloriam: qua te ſibi copulatam
Filius ornat?
Cum domus/quam te coluiſſe ſignis
Conſtat immenſis: niteat decore
Tanto: ut humanos ſuperet potentĩ
Nectare ſenſus.
Finibus quondam ſita nazaræis
Vecta perflictus maris angelorum
Arte cæleſti Illirico quieuit
Littore primum.
Deinde perdenſas iterum procellas
Inde migrans italiam petiuit
Atq; lauretæ ueneranda nomen
Sumpſit in agro.
Sed ſibi quærens aliam quietem

Hinc agrum & fratres geminos petiuit;
Quos/quia alternis gladiis ruebant;
Iure reliquit.
Deniq; alto quadriuio quieuit
Publicam ſedem ſibi nacta; ibiq;
Tu poteſtatis radios decoro
Numine monſtras.
Sede mutata titulus remanſit
Virginis daphnes: peperiſſe nam te
Virginem ſcimus dominum; ſuuſquem
Non capit orbis.
Lauream tu compoſitis mereris
Corporis membris ſapienter: exquo
Verus effulſit ſapiens poetas
Summus in omnes.
Candidos lauro capis & triumphos
Mortis excuſſis tenebris: tuus quam
Filius ſumpta crucis imperator
Morte peremit.
Te piam laurum canimus: ſub umbra
Cuius atros fulminei tumultus
Spernimus nimbos: fruimurq; ſemper
Fronde perenni.
Iure felicem italiam uocabo:
Quam tuæ nunc ædiculæ trophæis
Excipis muris celebrem: tuo quæ
Numine fiunt.

Gloriam

Gloriam patri/genitoq; : cuius
Hanc domum nutu rapiens potenti
Diua præfulges canimus ; tibiq;
Spiritus alme.

Ad Diuum Ioannem Baptiſtam

SAlue clamantis uox almi præuia uerbi ;
Salue perpetuę uirginitatis honos.
Candide flos uteri ſterilis / uitæq; magiſter
Humanæ/uatum maxime norma uirum/
Principium legiſq; nouæ/finiſq; uetuſtæ
Quo monſtrante homini gratia parta fuit.
Preco dei;laterna ardens;ſanctiq; lauacri
Inuentor ; iuſti doctor honoſq; uirum:
Teſtis pro uero effundens cum ſanguine uitam
Cuius uaſta domus ſemper eremus erat:
Illorum ſpeculum/ſceleris quos pœnitet acti
Quãuis nulla foret menda/ſcelus ue tibi
Veſtis erat uillis hirſuti texta camelai.
Mel ſylueſtre aluit teq; locuſta pium:
Te Ioannẽ aliquem non ſurrexiſſe propheten
Maiorem excelſi nouimus ora dei.
Ergo age quem proprio dignaris nomine ſeruũ
Dignare & proprio dare patrocinio.

In ſecũdo quaternionũ in littera. B. ĩ prima pa gina cõfoſſus nõ cõfeſſus . In.2.pag. Ictirme non Ictime . In.4.pag. quod nomine quõdã nõ nomina . In.7.pag. Deguſtans uetite po mum non pnmum . In.8.pag. Sic dotes non dolet dnlcedine obortis non abortis .

In tertio quater.in litrera.C. In.2.pag.claudetur fine ſorores nõ clauditur . In.6.pag. Excirat a ſonno non excitata . In.7.pag. neciſq; non ne ſciſq; uili nũc p unũ.l.dixere ſereno nõ dixero . In.8.pag.pater optimus nõ optimis putamina colis per unũ.l. In.3.pag. inſonnis nõ inonnis.

In quarto quater.in littera.D. In.1.pag.ab oris nõ ab oís. In.5.pag. ſuggentẽ dona per dupli cem . g . In.7.pag. Noſti non uoſtri .

In quinto q̃ter. in littera. E. In.1.pag. Acta duo fruſtra nõ fruſta Fędat:& examini . In.2.pag . Vt primum & fauces non frauces. In.3.pag . Heuhoe Bacche non Euoe . In.4.pag. & quĩ uix:non uis per.s. In.5.pag. Expediens nõ ex pedies . In.7.pag. lippis oculis non oculim . Defectura ducum non defertur aducum. In.8. pag. Aduerti nõ Aduerti.forte ſenili nõ ſorte.

In ſexto q̃ter.in littera.F.in.2.pag. paruus apex non paruulus.uernantibus.undiq; glebis nõ ue

nerantibus. In 3 pag.& molli ſtrauit non ſta tuit. In.4.pag. iam certus eundi non cerrus. Ad Iereconta non Ericonte. In.5.pag. Mor taliq; habitu nō habitum uaſte ſolers nō ſoles.

In ſeptimo quater.in littera.G.In.2.pag.Id ne non Id ue. In.3.pag. Detrudant non decru/ dant.In.7.pag.ordine noſtrum non ordinem.

In octauo quater. In littera. H.

In nono quater in littera.I. In.1.pag.que uilis inimis nō inmis ſola mora non mola. In.3. Sacra luto non luco.

In decimo q̄ter.in littera.K.In.2.pag.qua aſino uectus non nectus. In.4.pag. peregrinū noras nō moras. In.6. pag.laboribus actus nō actū.

In undecimo q̄ter.ī lr̄a.L.in 7 pag.ſine crimine manes nō mone. Ni fallor tādē non taudem.

In decimotertio q̄ter.ī lr̄a.N.In.4.pag.benenū cia pacis nō benenūt. Tu princeps nō princips.

In decimo quarto quater. In littera. O.

In decimo quinto quater. In littera. P.

In decimo ſexto quater. In littera. Q.

FINIS.

¶ Impreſſum Apud magnā Curiam Vicarie Neapoli per Antoniū de Frizis Corinaldeñ. Anno Domini. M D XXIIII. Die X Menſis Auguſti.

130

1007381